Liturg. 1088

PROCESSIONALE
AD VSVM
SACRI, ET CANONICI
PRÆMONSTRATENSIS
ORDINIS
REVERENDISSIMI
IN CHRISTO PATRIS DOMINI
D. AVGVSTINI LE SCELLIER,
Abbatis Præmonſtratenſis, totius Ordinis Generalis, &c. Ejuſdemque Ordinis Capituli Generalis, authoritate editum.



PARISIIS,
Apud FREDERICVM LEONARD,
via Iacobæa, ſub Scuto Veneto.

M. DC. LXVI.
CVM PRIVILEGIO.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

PRIVILEGIVM REVERENDISSIMI D. D. Abbatis Præmonſtratenſis, totius Ordinis Generalis.

AVGVSTINVS LE SCELLIER, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Præmonſtrati Abbas, totius Ordinis Generalis, Chriſtianiſſimo Regi à Sanctioribus Conſilijs, & Eleemoſinis, &c. Ex quo ad Supremum Ordinis apicem diuinâ diſpoſitione, meritis licet imparibus, euecti fuimus; eo præcipuè niſi ſunt conatus noſtri, vt in omnibus Inſtituti noſtri Monaſterijs, non ſolum in Regulæ & Statutorum obſeruatione, verum etiam in

diuino Officio persoluendo sæpius per Summos Pontifices laudata, & nobis commendata vniformis ratio eluceret. Cum autem animaduertissemus id præstari nequaquam posse, nisi omnes & singuli Ordinis nostri professores, Regulæ, Statutorum, librorumque diuino cultui dicatorum copiam præ manibus haberent; visum est nobis, & Comitiorum nostrorum Generalium Patribus, hujusmodi Codices non solum Typis mandandos, sed eorum impressionem, & distributionem ipsi potissimum Typographo committendam, qui facili negotio eorum exemplaria per vniuersas præfati Ordinis nostri Prouincias venalia faceret: Talem autem reperimus FREDERICVM LEONARD, Bruxellensem, Bibliopolam Parisiensem, in re Typographica de nostro, & diuersis alijs Ordinibus bene meritum, quem ob studium in nos & Ordinem nostrum professum, nostra, & Capituli nostri Generalis auctoritate, prædicti Ordinis nostri Typrographum fecimus, & constituimus,

ac per præſentes factum & conſtitutum declaramus: concedentes ipſi, eiuſque heredibus intra terminum duodecim annorum à die datæ præſentium computandorum, facultatem omnem. *Miſſalia, Breuiaria, Diurnalia, Officia B. Mariæ, Proceßionalia, Gradualia, Antiphonalia, Ritualia, Pſalteria, Ceremonialia, Priuilegia, Statuta,* & alios quoſcumque Codices, ad vſum Chori in ordine noſtro deſtinatos quibuſcumque Typis edendi, ſeu edi curandi, præuijs noſtra vel Capituli noſtri Generalis inſpectione, diſcuſſione, & ſpeciali approbatione, ſeu conſenſu; ita tamen vt ipſe, ejuſque heredes noſtrum de imprimendis prænominatis libris Priuilegium cuiuis alteri, niſi de noſtris ſpeciali gratia & permiſſione cedere, ſeu tranſmittere non poſſint. Vt autem expenſas à ſe in Miſſalis moderni, Breuiariorum (quæ etiamnum apud ipſum proſtant) & aliorum librorum impreſſione factas, vel faciendas honeſto cum fenore recuperare poſſit, noſterque & Capituli Generalis

Patrum, ad vniformitatem in diuinis Officijs ſeruandam, in huiuſmodi libris expurgandis, labor ſperatum ſortiatur effectum, noſtrumque ſuper ea re decretum, ſuam vim & robur obtineat: Præcipimus in virtute ſalutaris obedientiæ omnibus, & ſingulis Dominis Abbatibus, præpoſitis, Prioribus, Canonicis, Beneficiatis, Abbatiſſis, Prioriſſis, cæteriſque Ordinis noſtri præfati Regularibus vtriuſque ſexus perſonis, vt libros vigore preſentium editos, ſibi quamprimum poterunt comparent, tot videlicet, quot Eccleſiarum ſuarum, & priuatorum neceſſitatibus ſufficiant, queis in diuino Officio tam Diurno, quam Nocturno, in poſterum vtantur; alijs quibuſcumque rejectis, qui poſt, vel contra, huius Priuilegij noſtri tenorem edi poſſent, mandantes ſub pœnis, inobedientiæ, alijſque noſtro arbitrio relictis, ne vllus Ordinis noſtri Prælatus, vel Canonicus (quacumque fulgeat dignitate) dictum Miſſale, libroſque ſupra recenſitos vllibi terrarum excudi procuret;

excuſos autem contra hujus Priuilegij tenorem, à Vicarijs noſtris Generalibus ſeu Viſitatoribus, ac etiam Capitulis Prouincialibus, interdicto eorum vſu, decernimus illico, ſupprimendos. Præſentibus ad quindecim annos, à die abſolutæ impreſſionis ſingulorum librorum (qui intra antedictum duodecim annorum terminum excuſi fuerint) computandos, reſpectiuè valituris. Datum in Ædibus noſtris Pariſienſibus, die 22. Auguſti, anno ſalutis 1662. in quorum fidem & robur præſentes manu propria, & Secretarij noſtri ſubſcriptas, noſtri, ac Capituli Generalis ſigillorum appenſione juſſimus communiri.

F. AVGVSTINVS LE SCELLIER,
Abbas Præmonſtratenſis & Generalis.

De mandato Reuerendiſſimi Domini. D. mei Abbatis Præmonſtratenſis, totius Ordinis Generalis.

F. FRANCISCVS BVYRETTE, cum Parapho.

SVMMA REGII PRIVILEGII.

LVDOVICVS XIV. Franciæ & Nauarræ Rex Christianissimus diplomate suo sanxit, ne quis intrà Regni sui limites Ordinis Præmonstratensis *Missalia*, *Breuiaria*, *Diurnalia*, *Processionalia*, & alios Codices in litteris Reuerendissimi in Christo Patris D. D. AVGVSTINI LE SCELLIER, Abbatis Præmonstratensis, totius Ordinis Generalis, &c. expressos, præter FREDERICVM LEONARD, Bibliopolam Parisiensem, excudat, aut ab alijs quam ab ipso excusa, diuendat: sub pœnis in præfato Regis diplomate contentis, dato Parisiijs septimo Decembris, anno millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo. Quod sic signatum.

Per Regem in consilio suo.

LENERAT.

PROPRIVM

PROPRIVM DE TEMPORE.

Antiphona, &c. ad Aspersionem aquæ Benedictæ diebus Dominicis post Tertiam cantanda.




rére mei Deus: ſecúndùm ma-
gnam miſericórdiam tu- am.
℣. GLória Patri, & Fílio, & Spirí-
tui ſancto. Si- cut erat in princí-
pio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula
ſæculórum. A- mē. ASperges me.

Hanc Antiphonam Cantor ex ſtallo ſuo ſolus, vel cum Succentore (ſi duplex fuerit) incipit, quam Chorus vſque ad finem proſequitur: Deinde ſubijcit (vel cum Succentore in Duplici) Pſalmum. Miſerére mei Deus. *Et tot Verſus ex eodem Pſalmo, quot neceſſe fuerit; ac vltimò* Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. *Et reſponſo per Chorum* Sicut erat, &c. *Repetit Cantor Antiphonam* Aſpérges me. *Aut ſi opus non ſit illius partem,* Lauabis me. *Qua finita Officians ad pulpitum Collectarum cantat Verſum.*

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

PRæſta nobis, quæſumus Dómine, per hujus creatúræ aſperſiónem, ſanitátem mentis, integritátem córporis, tutelam ſalútis, ſecuritátem ſpei, corroboratiónem fídei. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Quando in Feſto Triplici, vel aliàs Officium facit Prælatus, & Conuentus eſt in ſuperpelliceis, Sacerdos hebdomadarius in ſuperpelliceo & ſtola aſperſionem facit, & Collectam ad pulpitum Collectarum cantat: Quod ſi Conuentus non ſit in ſuperpelliceis (ſi aſperſio facienda) ea fiat ab Aſſiſtente.

Notandum autem quod prædicta Antiphona, &c. cum Oratione dicatur per totum annum in Dominica; excepto quòd in Dominica de Paſsione & in Dominica Palmarum non dicatur Glória Patri. *Sed poſt Pſalmum* Miſerére mei. *Repetitur Antiphona* Aſpérges

me; *excepto etiam tempore Paschali, scilicet à Dominica Paschæ vsque ad Pentecosten inclusiuè, quo tempore cantatur Antiphona* Vidi aquam, *vt suo loco dicetur. Finita Oratione, ad Processionem Cantor incipit solus, vel cum Succentore in Duplici, Antiphonam vel Responsorium pro ratione diei vel temporis, prout infrà in suis locis signantur; similiter & Versum Responsorij. Completa Antiphona vel Responsorij consueta repetitione, dicitur alternatim in Statione Psalmus.* De profúndis, & Pater noster, &c. *vt hîc infrà post Antiphonam Dominicæ primæ Aduentus, qui Psalmus nunquam omittitur, nisi in Duplicibus, & in diebus infrà in suis locis notatis.*

Finita Oratione post Psalmum. De profúndis, *Cantor incipit Antiphonam ad Introitum Chori, in cujus fine Celebrans subijcit Versum & Collectam, prout infrà in suis locis habentur.*

In Majori Triplici Cantores in Statione Responsorium, & si quæ alia ab ipsis incipienda sunt, simul juncti in medio inchoant; Versus Responsorij Priori, Suppriori & seniori imponitur.

Incepta à Cantoribus Antiphona quæ dicitur ad Introitum Processio ad Chorum pergit: & Conuentus, si pluuialibus vtitur, in planitie Chori ante formas, Cantores autem ante sedes suas consistunt, & facta Majestati reuerentia, Prælato ad faldistorium suum, vel (si Antiphona sit valde breuis) ad pulpitum Collectarum transeunti omnes inclinant, ac reductis ad Altare vultibus Antiphonam absoluunt. Si autem in Introitu

Reſponſorium cantetur, conuerſi Chorus contra Chorum permanent: Cantor in fine Prælato Verſum inſinuat, ſub quo & ſub Collecta depoſitis piuuialibus omnes ſunt conuerſi ad Altare.

DOMINICA PRIMA, SECVNDA & Tertia Aduentus ad Proceſſionem.

Antiphona.




no- ſtri & ve- lóciter ad-
venit præ-clá-rus aduéntus Dó-
mini. Iam crebro ſono nos
hor- tá- tur, & di- cit
pri-- úſ- quam ó- ſtium
Para- dí- ſi clandátur, vnuſ-


quíſque ve-ſtrum citò pró- peret,
vt intró- iens, in æ- tér-
num cum Dó- mino re-
gnet. Præ- pará- te vos-met-
íp ſos. Vt vi- deátis immor-
tá- lem ſpon- ſum, &



possi- deá- tis re-



gna cæ- ló- rum. I.

In Statione dicitur Psalmus. De profúndis, *in fine* Réquiem ætérnam, &c. *Deinde submissa voce dicitur.* Pater noster.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. A porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimas eórum.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

DEus in cujus miseratióne ánimæ fidélium requiéscunt, fámulis & famulabus tuis hîc & vbique in Christo quiescéntibus, da propítius suórum véniam peccatórum: vt à cunctis reátibus absolúti, tecum sine fine læténtur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Hic Psalmus nunquam omittitur, nisi diebus quibus suprà.

Antiphona


E C- ce mater no-ſtra Ie-
rú- ſalem cum , ma-
gno affé- ctu cla- mat
ad nos, & di- cit: Vení-
te fi- lij mei dile-
ctiſ- ſimi, vení- te ad



me: Vt vi- deátis immor-



tá- lem ſpon- ſum, & poſſi-



deá- tis re- gna



cæ- ló- rum. 1.

℣. Lætámini in Dómino, & exultáte juſti.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Orémus.

COnſciéntias noſtras, quæſumus Dómine, viſitándo purífica: vt véniens Ieſus-Chriſtus filius tuus Dóminus noſter cum ómnibus Sanctis, parátam ſibi in nobis inuéniat manſiónem. Qui tecum viuit & regnat Deus. ℟. Amen.

DOMINICA QVARTA ADVENTVS

Reſponſorium.





ſuper- ué- niet in te,
* Et vir- tus al- tíſ- ſi-
mi obumbra- bit ti- bi.
℣. I- deó- que & quod naſ-
cé- tur ex te ſan- ctum, vo- cá-
bitur fi- lius De- i.



In Statione Pſalmus. De profúndis *dicitur vt ſuprà. Quod ſi hæc Dominica incidat in Vigiliam Natiuitatis Domini, poſt Reſponſorium omiſſo Pſalmo* De profúndis, *Cantor ſuggerit Prælato incipiendam Antiphonam ſequentem.*

Antiphona.


O Vir-go Vírginum,
quo-modo fi- et i- ſtud? Quia
nec primam ſimilem vi- ſa es
nec habére ſe- quén-tem: fí- li-
æ Ierú- ſalem quid me admi-
rá- mini? di- uínum eſt myſté-



℣. Aue María grátia plena.


℟. Dóminus tecum, benedícta tu in muliéribus.

Orémus.

DEus, qui de beátæ Maríæ Vírginis vtero Verbum tuum Angelo nuntiante carnem ſuſcípere voluíſti: præſta ſupplícibus tuis, vt qui verè eam Dei genitrícem crédimus, ejus apud te interceſſiónibus adjuuémur. Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

In Natiuitate Domini (ſi occurrat in Dominica) ſit Aſperſio aquæ more ſolito, vt ſuprà.

Ad Proceſſionem Reſponſorium.






in no- bis:
Cu- jus gló- riam ví- di-
mus, qua- si v-
ni- ge- niti à Pa- tre,
plenum grá- tiæ &
ve- ritá- tis.
℣.


℣. IN princí- pio e- rat Ver-bum
& Ver-bum e- rat a- pud
De- um, & De-us e-
rat Ver-bum. Cu-jus. GLó-ria
Pa- tri, & Fí- lio, &
Spi- rí- tui san- cto.

B



In Statione
℟.


Plenum grá- tiæ. 8.




D Eſcéndit de cæ-




lis De- us à Pa- tre gé-



nítus: In- tro- í- uit in úterum




Vír- ginis; vt no- bis




appa- ré- ret visí-



bilis, indú- tus carne hu- má- na
à protopa- rénte é- di-
ta: * Et ex- íuit per
clau-ſam por-tam De- us
& ho- mo, lux &
vi- ta, con- ditor



IN INTROITV
Antiphona.









Saluátor ap- pá- ruit; Hó- die




in terra cañunt An- geli, læ-



tán- tur Archán-geli: Hódie



exúl- tant Iuſti, dicéntes:



Gló- ria in excélſis De-o,



Alle- lúia. I.

℣. Notum fecit Dóminus ſalutáre ſuum.

℟. In conſpéctu géntium reueláuit juſtítiam ſuam.

Orémus.

DA nobis, quæſumus Dómine Deus noſter: vt qui Natiuitátem Dómini noſtri Ieſu-Chriſti nos frequentáre gaudémus, dignis conuerſatiónibus ad ejus mereámur pertíngere conſórtium. Qui tecum viuit & regnat Deus in ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Si in aliqua dierum infrà Octauam Natiuitatis, vel in Circunciſione Domini occurrat Dominica, dicitur Reſponſorium Verbum caro. *Et non fit Statio. Ad Introitum Chori Antiphona* Hódie Chriſtus. ℣. *& Collecta vt in die Natiuitatis ſuprà. Si autem à Circunciſione Domini vſque ad Epiphaniam excluſiuè Dominica venerit, ad Proceſſionem cantatur.* ℟. Verbum caro. *Et in Statione dicitur Pſalmus* De profúndis, &c. *vt ſuprà. Ad Introitum Chori Antiphona* Salue Regína. *vt hîc infrà.*



SAl- ue Re- gí- na,




Mater miſericór- diæ, vi- ta


dul- ce· do, & ſpes noſtra
ſal- ue. Ad te clamá- mus
éxules fí- lij E· uæ.
Ad te ſuſpirá- mus gementes
& flen- tes in hac la-crymá-rum
val- le. E- i a er- go Aduocá-




ta noſtra, illos tu- os mi-



ſericór- des ó- culos



ad nos con-uer- te. Et Ie-



ſum bene- dí- ctum fructum ven-tris



tu- i, no- bis poſt hoc exi-



lium, o- ſténde, O cle-



℣. Specióſus forma præ fílijs hóminum.
℟. Diffúſa eſt grátia in lábijs tuis.

Orémus.

DEus qui ſalútis ætérnæ beátæ Maríæ Virginitáte fœcúnda humáno géneri præmia præſtitíſti, tríbue quæſumus: vt ipſam pro nobis intercédere ſentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ ſuſcípere Dóminum noſtrum Ieſum-Chriſtum. ℟. Amen.

IN EPIPHANIA DOMINI
ad Proceſſionem Reſponſorium.






ne com- plá- cui.
ỷ. CÆ- li apér- ti sunt su- per
e- um, & vox Patris
audí- ta est. * Hic est.
Gló- ria Pa- tri, & Fí- li-
o, & Spirí- tui


ſan- cto. * Hic eſt.
In Statione
℟.
R Eges Thar-
ſis, & in- ſulæ mu-
nera of- ferent: * Re-
ges A- rabum &
Sa- ba do- na Dó-mino











IN INTROITV Antiphona.






em ſan-ctum có- limus:
Hó-die ſtella Ma-gos du- xit
ad præ- sé- pium; Ho- die vinum
ex a- qua fa- ctum eſt ad núp-
tias: Hó- die in Ior-dá- ne
Chriſtus bapti- zá- ri vo- luit,




℣. Omnes gentes quaſcúnque fecíſti.
℟. Vénient & adorábunt coram te Dómine.

Orémus.

DEus illuminátor ómnium géntium, da pópulis tuis perpétua pace gaudére: & illud lumen ſpléndidum infúnde córdibus noſtris, quod trium Magórum méntibus aſpiráſti, Ieſum-Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Dominica infra Octauam Epiphaniæ, & in ejus die Octaua occurrente in Dominica ad Proceſſionem ℟. In columbæ. *vt ſuprà. In Statione Pſalmus* De profúndis, &c. *vt ſuprà. Ad introitum Antiphona* Tribus miráculis. ℣. *& Collecta vt in die.*

Dominicis poſt Octauam Epiphaniæ vſque ad Septuageſimam ad Proceſſionem dicitur ſequens ℟. *niſi aliquod feſtum nouem Lectionum ſeruetur in Dominica: quia tunc Reſponſorium feſto conueniens cantatur* ℟.




mine ſicut ſa- gíttæ
infí- xa ſunt in me;
* Sed án- tequam vúl- nera génerent
in me, ſa- na me
Dó- mine me- dica- mén-
to pœ- nitén- tiæ
Deus.


De- us. ℣. SA-na me Dómi-
ne & ſa- ná- bor; ſal- uum me
fac, & ſal- uus e- ro.
* Sed án- tequã. ℣. GLó-ria
Pa- tri, & Fí- lio, & Spirí-
tui ſan- cto. * Sed án- tequã. 1.

C

In Statione dicitur Psalmus De profúndis, &c. *vt suprà. In Introitu Antiphona* Salue Regína. ℣. Speciósus forma, *Oratio* Deus qui salútis, *vt suprà vsque ad Purificationem; post autem Purificationem vsque ad Dominicam Palmarum dicitur.*

℣. Post partum Virgo inuioláta permansísti.
℟. Dei génitrix intercéde pro nobis.

Orémus.

Cbe Oncede nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis & córporis sanitáte gaudére: & gloriósa beatæ Mariæ semper Vírginis intercessióne à præsénti liberári tristítia, & ætérna pérfrui lætítia. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


DOMINICA IN SEPTVAGESIMA
Responsorium.





nus ad Ca- ïn.
Néſ- cio Dó- mine,
nun- quid cu- ſtos fra- tris
mei ſum e- go? & di-
xit ad e- um: Quid fe-
cí- ſti? *Ec- ce vox ſán-


guinis fra- tris tu- i A- bel
cla- mat ad me
de ter- ra. 7. ℣. MAledí-
ctus eris ſu- per ter- ram,
quæ a- péruit os ſu- um,
& ſuſcé- pit- ſánguinem fratris tu- i








Psal. De profúndis, &c. *vt suprà. In Introitu Antip.* Salue Regina, *& reliqua vt Dominica præcedenti.*

DOMINICA IN SEXAGESIMA ad Processionem Responsorium.






vo- bís- cum & cum ſémi-
ne ve- ſtro poſt
vos: *Ne-que e- rit
de- ín- ceps di- lú
uium díſ- ſi- pans
ter- ram. ℣. ARcũ me- um po-





Ad Stationem & ad Introitum omnia vt Dominica Septuagesimæ.

Responsorium.




holo- cáu- ſtum, Su- per
v- num món- tium
quem dí- xero ti-
bi. 2. ℣. Im- mola De- o ſacri-
fi- cium lau- dis & red - de
altiſſimo vota tu-





In Statione & in Introitu, vt Dominica Septuageſimæ.

FERIA QVARTA CINERVM.

Completis ſeptem Pſalmis pœnitentialibus cum Orationibus, dataque per Prælatum, vel alium Officiantem, abſolutione, benedicuntur cineres hoc modo.

Prælatus depoſita mitra ſtans ad faldiſtorium ſuum, vel alius Officians ad pulpitum Collectarum, dicit:

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

DEus qui non mortem, ſed pœniténtiam desíderas peccatórum: fragilitátem humanæ conditiónis benigníſſime réſpice, & hos cí-

neres quos cauſa proferéndæ humilitátis, atque promeréndæ véniæ capítibus noſtris impóni decérnimus, bene-✠dícere pro tua pietáte dignáre: vt qui nos cínerem eſſe, & ob prauitátis noſtræ méritum, in púluerem reuersúros cognóſcimus: peccatórum véniam, & præmia pœniténtibus repromíſſa cónſequi mereámur. Per Dóminum noſtrum, &c.

Facta benedictione, Prælatus vel alius Officians, cineres aqua benedicta aſpergit, ac mox incipitur à Cantoribus Antiphona Exáudi nos. *vt hîc infrà; ſub qua ab Aſsiſtente fit aſperſio aquæ more ſolito, vel ab Officiante (ſi Abbas non facit Officium): Et repetita Antiphona poſt* Glória Patri. *Cantores ſubiungunt Antiphonam* Immutémur, *cum alijs ſubſequentibus, vel quot opus fuerit: qua inchoata fit à Prælato impoſitio cinerum, poſtquam ipſe a Priore habente ſtolam ſuper communem habitum, illis ſignatus fuerit.*

ANTIPHONA.



E X- áu- di



nos Dó- mine, quó-niam bení-


gna eſt mi- ſeri- cór- dia tu- a:
ſecún-dum mul-ti- tu- dinem miſera-
tió- num tu- á- rum rés-
pice nos Do- mine ℣. Sal-
uum me fac Deus; quôniam intra-
uérunt a- quæ vſ- que ad á-


nimam me- am. 7. Gló-ria.
* Ex- áu- di nos. ANTIPHONA.
I Mmuté- mur ha- bitu
in cí- nere & ci-
lí- cio, jeju- némus
& plo- ré- mus an- te


Dó- minum, Qui-
a multum misé- ricors
eſt dimít- tere pecca-
ta no- ſtra De- us
no- ſter. 2. ANTIPHONA.
IN- ter veſtí- bulum &


al- tá- re plo- rá- bunt
Sacer- dó- tes & Le- uí-
tæ, mi- níſtri Dó- mini,
& di- cent: Par- ce Dó-
mine, par- ce po- pulo tu-
o; & ne díſ- ſipes


o- ra clamán-tium ad te
Dó- mine. 4. Antiphona.
P Ro- pí- tius eſto
Dó- mine peccátis no- ſtris
pro-pter no- men tu- um: * Ne-
quan-do di- cant Gen- tes,

vbi




v- bi eſt De- us e-



ó- rum. ℣. AD- juua nos



Deus ſalutá- ris no- ſter, & pro-



pter glóriam nóminis tui Dómi-



ne líbera nos. Gló- ria.




Si prædictæ Antiphonæ non ſufficiant, dicetur ſequens Reſponſorium.

* Nequã-do. 7.


℟. E Mendé- mus in mé-
lius quæ ignorán- ter pec-
cá- uimus: Ne ſu- bitò præoc-
cupá- ti di- e mor-tis, quærá-
mus ſpá- tium pœ- ni- tén- tiæ,
& inuení- re non poſſí-


mus: * At- tende Dó- mine, * Et mi-
seré- re, quia pec-
cá uimus ti- bi. 3.
℣. PEccá- uimus cum pá- tribus
no- ſtris, inju- ſtè é- gimus ini-
quitá- tem fé- cimus.





Completa diſtributione Cinerum, Abbas lauat manus, & cum Miniſtris exiens de Choro, ipſe aſſumit pluuiale violaceum, chirotecas & Mitram; Diaconus verò & Subdiaconus Dalmaticas: & præcedentibus Acolytis cum aqua benedicta & Cruce, & alijs Miniſtris, venit Abbas ad pulpitum Collectarum, & finita Antiphona ſeu Reſponſorio, ac depoſita Mitra, Diacono & Subdiacono librum exhibentibus cantat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

COncéde nobis Dómine præſídia milítiæ Chriſtiánæ ſanctis inchoáre jejúnijs: vt contra ſpiritáles nequítias pugnatúri, continéntiæ muniamur auxílijs. Per Chriſtum.

Interim Acolyti Sanctuarium aſcendunt, ibique (vti aliàs) in Statione ſe componunt. Finita Collecta Cantores in ſolemni nota incipiunt Litanias, prout

habentur infrà Sabbato Sancto. Cum autem ſub Litanijs nominata fuerit Sancta María, *Abbati imponitur Mitra, & Proceſſio exit more ſolito, nulla fit Statio, ſed Conuentus Chorum ingrediens, verſis ad Altare vultibus Litanias complet: Acolytus verò cum Cruce, ſequente Abbate cum Miniſtris, de Choro exit in Sacriſtiam. Cumque Litania per* Kyrie eléyſon *finita fuerit, incipitur Miſſa.*


DOMINICA PRIMA Quadrageſimæ.

Hac prima Dominica Crux portatur adhuc diſcooperta ad Proceſſionem, ſed ſequentibus tecta velo violaceo, quod exteriùs Crucem expreſſam habeat.

RESPONSORIVM.





ritu, vt ten-taré- tur à
Di- á- bolo: * Et accé-
dens ten- tá- tor
di- xit e- i: Si Fí- lius
De- i es, dic vt
lá- pides i- ſti pa-



nes fi- ant.



℟. ET cum jejunáſ- ſet quadra-



gínta dié- bus, & quadra-gín-ta




nó- ctibus póſteà e-



sú- rijt. * Et




accé- dens. Gló- ria




Pa- tri. * Et accé- dens. 7.

In Statione, Pſal. De profún. *Ad Introitũ, Ant.* Salue Regína. ℣. *& Oratio* Concede nos. *vt ſuprà* pag. 34.


DOMINICA SECVNDA Quadrageſimæ Reſponſorium.




ORá- uit Ia-



cob, & di- xit:



Dó- mine, qui dixíſti mihi,



Reuér- tere in ter- ram


na- tiuitá- tis
tu- æ, * E- rue
me de manu fra- tris me-
i, qui- a val- de
eum ti- meo.
℣. DE-us in cujus con-


ſpé-ctu ambulauérunt pa- tres me-
i; Dó- mine, qui paſ-cis me à
juuen- tú- te me-
a. * E- rue me.
Glo- ria Pa- tri.
* E- rue me. S.

In Statione Psal. De profúndis. *In Introitu Ant.* Salue Regína. ℣. Post partū. *Orat.* Cōcéde nos. *vt suprà.* 34.

DOMINICA TERTIA Quadragesimæ Responsorium.




gyp- ti: quo au- dí- to
re- uí- xit ſpí- ritus e- jus,
& di- xit: * Súf- ficit
mi- hi, vadam & vidé-
bo e- um án- tequam
mó- riar. ℣. CVm- que



audíſſet Ia- cob quòd filius e- jus




ví- ueret, qua- ſi de graui



ſom-no euí- gilans,



a- it. * Súf- ficit.



Gló- ria Pa- tri.



* Súf- ficit. 7.

In Statione & in Introitu omnia vt Dominica præcedenti.

Quadrageſimæ Reſponſorium.




tem lac & mel.
℣. OBſér- ua í- gitur & audi
vo- cem me- am, & i- nimícus
e- ro ini- mícis
tu- is. * Et dabo. Gló-
ria Pa- tri. * Et dabo. 2.

In Statione Pſalm. De profúndis. *In Introitu Chori Antiphona.* Salue Regína ℣. Poſt partum. *Collecta.* Concede nos. *vt ſuprà.* pag. 34.


DOMINICA IN PASSIONE.


Ad aſperſionem aquæ in Pſalmo Miſerére mei. *non dicitur* Glória Patri. *ſed tot Verſus ex eodem Pſalmo cantantur quot ſufficiant.*

RESPONSORIVM.




ceci- dérunt me: * Sed tu
Dó- mine defén- ſor,
vín- dica
me. ℣. QVó- niam
tri- bulá- tio pro-
xima eſt, & non eſt





In Statione Psalmus. De profúndis. *In Introitu Antiphona.* Salue Regína. ℣. Post partum. *Oratio* Concéde nos. *vt suprà.* pagina 34.

DOMINICA IN PALMIS.

Sub finem Tertiæ Abbas more solito paratus cum Diacono & Subdiacono indutis Dalmaticis violaceis, Subdiacono portante textum Euangelij, præcedentibus Acolytis cum aqua benedicta, Cereis, thuribulo & Cruce; ac alijs Ministris (vt aliàs) subsequentibus, Chorum ingreditur, factisque debitis reuerentijs pergit ad faldistorium suum: & facta per Assistentem aspersione dictaque Collecta cousueta Præsta quæsumus. *vt supra,* pag. 3. *Cantores incipiunt* ℟. Circumdedérunt. *vt habetur præcedenti Dominica, & Processio exit, pergitque ad locum vbi benedictio Palmarum facienda est. Quod si istud* ℟. *non sufficiat, subjungetur* ℟. Fratres mei *.vt sequitur.*


℟. FRa-tres mei
e- longa- ué- runt à
me, & noti me- i:
*Quaſi alié- ni receſ- sé-
runt à me. ℣. A- Mí-ci
me- i & pró- ximi me- i *Quaſi.8.

Finito Reſponſorio ſingulis in ordine ſuo conſiſtentibus, Aſſiſtens petit benedictionem ſuper incenſum: deinde Diaconus petit benedictionem ſuper Euangelium more ſolito, qui medius inter Acolytos tenentes candelabra ſua cum Cereis accenſis, cantat Euangelium, Cum appropinquáſſet. *quo finito, Prælato per Diaconum (vt aliàs) incenſato, fit benedictio Ramorum vt hîc infra.*

BENEDICTIO RAMORVM.

Abbas ſtans in loco ſuo, ex libro quem Diaconus & Subdiaconus ſuſtinent, dicit:

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

DEus, cujus fílius pro ſalúte humáni géneris de cælo deſcéndit ad terras: & appropinquánte hora paſſiónis ſuæ, Ieroſólymam in áſino veníre, & à turbis Rex appellári ac laudári vóluit, bene ✠ dícere dignáre hos palmárum, ceterarúmque fróndium ramos: vt omnes, qui hos latúri ſunt, ita bene ✠ dictiónis tuæ dono repleántur: quátenus & in hoc ſæculo hoſtis antíqui tentaménta ſuperáre, & in futúro cum palma victóriæ, & fructu bonórum óperum tibi váleant apparére. Per eundem Dóminum noſtrum, &c. ℟. Amen.


Orémus.

DEus, qui filium tuum vnigénitum pro redemptióne noſtra dignátus es dirígere: vt pópulum tuum, ab inítio in peccáti profúndo demérſum, à morte reuocáres ad vitam: & chirógrapho letháli deléto, sánguine filij tui géntibus innouáres regnum; & qui diſpérſa cóngregas, & congregáta conséruas: qui pópulis tuis óbuiam Ieſu ramos portántibus, benedixíſti: bene ✠ dic étiam ramos hos palmárum atque árborum, quos tui fámuli ad nominis tui bene ✠ dictionem fidéliter ſuſcípiunt: vt in quocúnque loco introdúcti fúerint, tuam bene ✠ dictiónem conſequantur, vt omni aduérſa valetúdine effugáta, déxtera tua prótegat, quos redémit. Per eundem Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Finitis Orationibus, Officians impoſito prius thure in thuribulo, ter aſpergit ramos aqua benedicta, & ter adolet incenſo: Quod dum fit Cantores incipiunt in medio Antiphonam Púeri Hebræórum, *& aliam ſubſequentem.*

ANTIPHONA.






tolléntes ramos oli- uá-rum,ob-ui-




auérunt Dó-mino clamán-tes &



di- cén- tes: Hosán-na in excélsis.




Psalm. LAudate púeri Dóminum:



laudate nomen Dó- mini.




Antiphona. PVeri Hebræó- rum ve-



ſtiménta proſternébant in vi- a,



& clamábant, dicéntes: Hosánna Fí-



lio Da-uid: Benedíctus qui ve-



nit in nó- mine Dómini. I.

Completa præcedenti Antiphona, Cantor ſuggerit Prælato ſequentem Verſum.

℣. Benedíctus qui venit in nómine Dómini.
℟. Deus Dóminus & illúxit nobis.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.


Orémus.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum hodiérna

die ſuper pullum áſinæ ſedére fecíſti: & turbas populórum veſtiménta, vel ramos árborum in via ſtérnere, & Hoſanna decantáre in laude ipsíus docuíſti: da quæſumus, vt illórum innocéntiam imitári poſsímus; & eórum méritum cónſequi mereámur. Per eundem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Finita Collecta Cantores incipiunt in medio Antiphonam, Cum appropinquáret, *vt hîc infra; & reuertitur Proceſsio eo ordine quo venerat: & ſi prædicta Antiphona non ſufficiat, tot ſumantur ex ſequentibus quot ſufficiant, donec ad fores templi perueniatur, ante quas fiet Statio, & ſtatim duo fratres ex iunioribus ad nutum Cantoris ingreſsi, clauſo oſtio ſtantes verſa facie ad Proceſsionem, abſoluta à Choro Antiphona* Cum appropinquáret, *vel alia quæ canitur, incipiunt Hymnum,* Glória laus. *vt infrà habetur, & decantant primum integrum verſum; Conuentus verò eundem repetit: deinde qui ſunt intus cantant verſus ſequentes, &c. & qui foris ſunt ad quoſlibet Verſus repetunt alternatim, nunc* Cui puérile, *nunc* Glória laus, *vſque ad finem, prout infrà ſignatur.*

ANTIPHONA.





CVm ap- propin- quaret


Dó- minus Iero- so- li-
mam, mi- ſit du- os ex diſ-
cípulis ſuis, di- cens:
I- te in caſtéllum quod
con- tra vos eſt, & in-
ue- nié- tis pul lum á- ſinæ



alli- gátum, ſuper quem
nullus hó- minum ſedit, sól-
uite & ad- dú- cite mihi:
Si quis vos interro-
gá- uerit, di- cite:
opus Dó- mino eſt. Sol- uén-


tes ad du- xerunt ad Ie-ſum ; &
im- poſue- runt ſuper e- um
ve ſti-ménta & ſe-dit ſu-per
e- um: á- lij expen-dé-
bant veſtiménta ſu- a in vi-
a, á- lij ramos de ar-



bóribus proſter-nébant, &
qui ſequebântur clamábant: Hosán-na,
bene- dictus qui venit in nómine
Dó- miní, benedi- ctus re-
gnum Patris no-ſtri Da- uid Hosán-
na in excel- ſis. mi-



ſerere no- bis fi- li



Da- uid. 8.



Antipho-na. C Vm au- díſ- ſet



Pó pulus, quia Ie- ſus ve- nit



Iero- só- limam, accepérunt ramos



Palmá- rum, & exié-



runt e- i òb- uiam, &
cla- mábant pú- eri, di- cen-
tes: Hic eſt qui ven-
tú- rus eſt in ſa-
lú- tem po- puli: Hic
eſt ſa- lus no-


ſtra, & re- dém-pti-
o Iſ- raël. Quan-
tus eſt iſ- te quem
Tró-ni & Domina-
tió- nes a- dó- rant. No-
li timere fili- æ Si- on,


ecce rex tu- us ve- nit
tibi, ſe- dens ſuper
pullum á- ſinæ, ſi-
cut ſcri- ptum eſt. Sal-
ué Rex fabricá- tor mun-
di, qui ve- níſti


redímere


redí- mere nos. 8.
Alia Antiphona.
ANte quin-que
di- es ſo- lem-nitá- tis
Paſ-chæ,quando ve- nit Dó-
minus in ci- uitá- tem
Ie- rúſalem, occur- rérunt



e- i pú- eri in má-
nibus portán-tes ramos palmá-rum,
& cla-má-bant voce ma-gna di-
cén-tes: Hosánna in ex-
cél- ſis; Be- ne- dí- ctus qui vení-
ſti in mul-titú- dine mi-




ſeri- cór- diæ, Hosánna




in ex- cél- ſis. 8.



Alia Antiphona. OCcúrrunt tur- bæ




cum flóribus & palmis Redemptó-



ri ób- uiam, & victóri trium-



phán- ti digna dant obsé- quia:



fílium De- i ore gentes



præ-dicant, & in laudem Chriſti



vo-ces tonant per núbila: Ho-sán-na. 8.


Alia Antiphona.



CÆpé- runt om-nes



turbæ deſcendéntium gaudén- tes




laudá- re Deum vo- ce magna,


ſuper óm- nibus quas
ví- derant virtú- tibus, di- cen-tes:
Be- ne- dictus qui ve- nit Rex
in nó- mine Dó- mini, pax
in ter- ra, & gló- ria in
ex- célſis. 1.

Hymnus.


G Ló- ria, laus,
& honor tibi ſit Rex Chriſte
Re-dém-ptor: Cu-i pue- ríle
de- cus promſit Hosánna pium.
Gló- ria. Iſraël
es tu Rex, Da-uí- dis &


ín- clyta pro-les, nómine qui
in Dómini Rex be- ne- dí- cte ve-
nis. Cu- i. Plæbs Hebræ-a ti- bi
cum pal- mis ób- uia ve- nit: Cum
prece, voto, hym-nis, ád- ſumus
ec- ce ti- bi. Gló- ria.



Finito Hymno incipiunt iuuenes ab initio Glória laus, *vſque ad verba* Cui puerile, *quæ Conuentus proſequitur, & ſtatim apertis oſtijs iuuenes prodeuntes, ad ordinem ſuum veniunt. Acolytus cruciferarius Crucem ſine mora diſcooperit, & ſtans loco ſuo eam diſcoopertam verſa imagine Crucifixi ad Conuentum, quam Abbas incipiendo Antiphonam ſequentem* Aue Rex noſter, *& ceteri omnes ter flexis genibus adorant; primò ad verba* Aue Rex noſter, *quæ ſolus*

Abbas cantat; secundo ad verba Fili Dauid; *tertio ad* Redémptor mundi, *consequenter cum præcedentibus à Conuentu cantanda, sicque adorantes, eandem Antiphonam positi in genibus absoluunt.*

ANTIPHONA.




ven-tú- rum: te e- nim
ad ſalu- tá- rem ví- ctimam, Pa-
ter mi- ſit in mundum: quem
expe- ctá- bant om-nes San--
cti ab o- rí- gi-
ne mun-di: &



Finita Antiphona, Prælatus manens adhuc genuflexus cum aliĳs, cantat Orationem ſequentem ſine Verſu & ſine Dóminus vobíſcum.

Orémus.


OMnípotens ſempitérne Deus, qui vitam humáni géneris pro nobis filio tuo moriénte ſaluáſti: præſta quæſumus, vt in hac pópuli tui deuotióne, fructus prouéniat gaudiórum. Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Completa Collecta omnes ſurgunt, & Sermo fieri poterit: Eo facto, aut ſi non fiat, Prælatus ſtans incipit, innuente Cantore, Reſponſorium Ingrediénte Dómino. *& Proceſsio templum intrat: Verſum Reſponſorij incipiunt Cantores.*





tes: * Cum ramis pal- má-
rum, Hosán-na clama- bant in
ex- cél- ſis. ℣. CVm- que
audíſ-ſent, quia Ieſus venit Ie-
ro- só- lymam, exi- é- runt ób-
uiam e- i. * Cum ramis. 2.

In Statione
℟.


C Ol- le- gé- runt
Pontí- fices & Pharifæ- i
con-cí- lium, & di- ce-
bant: Quid fá- cimus, quia
hic homo multa figna
fa- cit, fi di- míttimus e-



Sequens Verſus, inuitante Cantore, à duobus ſenioribus cantatur.




tem ex ip- ſis Cáiphas
nó- mine, dum eſ- ſet Pónti-
fex an- ni il- lius, prophe-
tá- uit, di- cens: Ex-
pedit vo- bis, vt v- nus
mo- riá- tur ho- mo pro
pópulo,


pó- pulo, & non
tota Gens. pé- reat.
Ab illo ergo
di- e co- gita- ué- runt in-
ter- ficere e- um, di- cén- tes:
* Ne forte. 2.

Versu finito Processio Chorum ingreditur, repetendo vltimam partem Responsorij; qua completa Abbas cantat Collectam sine Versu, & sine Dóminus vobíscum.

Orémus.


ADjuua Dómine fragilitátem plebis tuæ: vt ad votiuum magnæ deuotiónis efféctum, intercedénte beáta Dei genitríce María, & corporáliter gubernáta recúrrat, & ad perpétuam vitam te miseránte peruéniat. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

FERIA QVINTA IN Cœna Domini.


Circa finem Vesperarum accenduntur intorticia & tædæ pro opportunitate loci, præparatur Crux & duo thuribula, & Celebrans accepto Pluuiali albo stans ante Altare imponit incensum in duobus thuribulis absque benedictione, ministrante Assistente nauiculam sine osculo manus; deinde in medio gunuflexus cum alterutro thuribulo incensat V. Sacramentum triplici ductu. Tum imposito super humeros ejus velo, Diaconus cum debitis reuerentijs capit Venerabile Sacramentum de Altari, & illud stans offert Prælato genuflexo, sine reuerentia vel osculo versus illum. Sed postquam illud in manibus Prælati reliquit, genuflectit; Abbas verò cum V. Sacramento surgit, & statim Cantores incipiunt Hymnum. Pange lingua, *vt hîc*

infrà; & egreditur Proceßio ad locum paratum, sequente Prælato cum V. Sacramento inter Diaconum & Subdiaconum eleuantes hinc inde fimbrias anteriores Pluuialis sub baldachino vel vmbella, (si habeatur) duobus Acolytis V. Sacramentum continuò incensantibus. Cum autem peruenerint ad locum vbi Vener. Sacramentum deponi debet, Diaconus genuflexus accipit de manu Abbatis stantis V. Sacramentum, quod deponit super Altare in loco præparato, cooperiens velo vndique Calicem; & interim Prælatus paulò retrocedens, stans imponit incensum sine benedictione in altero ex thuribulis, & rursus genuflectens incensat V. Sacramentum triplici ductu. Intereà cantatur à Choro, Tantum ergo Sacraméntum, &c. *donec V. Sacramentum fuerit repositum & incensatum.*

HYMNVS.



PAnge lingua



glorió- si Cór-poris mystérium,



Sanguinísque pretiósi, Quem in mundi




Nobis datus, nobis natus
Ex intácta Vírgine,
Et in mundo conuersátus
Sparſo verbi ſémine,
Sui moras incolátus
Miro clauſit órdine.

In ſuprémæ nocte cœnæ
Recúmbens cum frátribus,
Obſeruáta lege plenè
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat ſuis mánibus.


Verbum caro, panem verum:
Verbo carnem éfficit:
Fítque ſanguis Chriſti merum
Et ſi ſenſus déficit,
Ad firmándum cor ſincérum
Sola fides ſúfficit.

Tantum ergo Sacraméntum
Venerémur cérnui:
Et antíquum documéntum
Nouo cedat rítui:
Præſtet fides ſuppleméntum
Sénſuum deféctui.
Genitóri, Genitóque
Laus & jubilátio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit & benedíctio:
Procedénti ab vtróque
Compar ſit laudátio. Amen.

Si Hymnus iſte non ſufficiat, addi poterit.




O Sa- lu- tá- ris



hó- ſtia, Quæ cæ- li pandis ó-



ſtium: Bella premunt ho- ſtí- lia, Da




ro- bur, fer au- xí- lium.

Vni trinóque Dómino
Sit ſempitérna glória:
Qui vitam ſine término
Nobis donet in pátria. Amen.

Sub Proceſſione Sacriſta vel alius denudet ſummum Altare, in quo à parte Epiſtolæ ponat vrceum cum aqua, & alterum cum vino, ac faſciculum ex Ramis Palmarum: quæ ſimiliter præparet ad duo Altaria extra Chorum, hinc inde ſummo Altari viciniora. Repoſito itaque V. Sacramento, eodem ordine redit Proceſſio ad Chorum, & Prælatus aſcendit ad medium Altaris; Prior autem & Supprior in habitu quo ſunt, exeunt per oſtia lateralia, quiſque à ſua parte ad Altare vicinius, & vnumquemque eorum ſequitur vnus ex Ceroferarijs vt faſciculum, vinum & aquam adminiſtrent. Prælato autem ſtante inter Diaconum & Subdiaconum Cantores incipiunt ℟. Circumdedérunt. *prout habetur Dominica in Paſſione ſuprà* pagina 64. *quod cum ſequentibus cantatur à Conuentu in ſtallis ſuis, verſis ad ſe mutuò vultibus, ſed ſub Collecta ad Altare ſe conuertunt. Incepto dicto Reſponſorio, dat Diaconus Prælato faſciculum ex Ramis Palmárum; deinde ex vrceo aliquantulum aquæ fundit ſuper me-*

dium Altaris, quam Abbas faſcicula dilatat per planitiem Altaris, Miniſtris fimbrias Pluuialis ſubleuantibus. Eo facto faſciculum deponit, & accepto vrceolo altero vel ampulla vini à Diacono, de eodem ſuper Altaris medium fundendo, crucem cum vino format: eodem modo faciunt Prior & Supprior ad ſingula Altaria extra Chorum Acolytis juuantibus, vt jam de Diacono dictum eſt. Abbas ſtatim vt lauerit ſummum Altare, venit ad faldiſtorium ſuum, & cum Miniſtris ſedet. Finito ℞. Circumdedérunt, *ſequitur* ℞. Chriſti Virgo. *vt hîc infrà.*

RESPONSORIVM.




C Hri-ſti Vir-go di- le-



ctíſ- ſima, vir




tú- tum o-



perá- trix, opem fer mí-



ſeris. * Súb-ueni Dó- mina




clamán- tibus ad



te ju- giter.




℣. QVó- niam pec-



ca- to- rum mole pré-





Finito præcedenti ℟. *Prælatus ſtans ante faldiſtorium ſuum conuerſus ad Altare, & depoſita Mitra ſubijcit.*

℣. Poſt partum Virgo inuioláta permansíſti.
℟. Dei génitrix intercéde pro nobis.

Orémus.

FAmulórum tuórum, quæſumus Dómine, delíctis ignoſce: vt qui tibi placére de áctibus noſtris non valémus, genitrícis filij tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti interceſſióne ſaluémur. Per eúndem Chriſtum, &c.

Completa Collecta ſedet ad faldiſtorium ſuum, vt ſuprà, & cantatur ℟. *de Patrono Eccleſiæ (ſi jam ante pro ſummo Altari cantatum non fuerit) ac poſteà* ℟. Domi & foris. *de S. P. Norberto vt infrà in Feſto ejuſdem. Vltimò* ℟. Concéde nobis. *de omnibus Sanctis, vt infrà ſuo loco; Prælatus autem poſt*

ſingula Reſponſoria Verſum & Collectam correſpondentem ſubjungit ſtans ad faldiſtorium ſuum depoſita Mitra; & terminata Collecta de omnibus Sanctis, factis ante infimum gradum Altaris debitis reuerentijs ad Sacriſtiam reuertitur. Si Prior ſit Officians cantata ante ſummum Altare Collecta de B. Virgine vt ſuprà, deſcendit ad pulpitum Collectarum, ibique reliquos Verſus & Collectas, medius inter Diaconum & Subdiaconum, poſt ſingula Reſponſoria cantat: ac cum Suppriore extra Chorum Altaria lauat Senior.

DE MANDATO PAVPERVM.

Finita lotione Altarium, veniunt omnes præcedente Priore, ac Abbate ſequente, in ſcapularibus ad locum, vbi ſolet fieri Mandatum pauperum; & paratis ibidem tredecim aut tot pauperibus, quot ſunt Canonici in Monaſterio, alijſque omnibus ad hoc Officium requiſitis, omnibus ſtantibus ordine ſuo, incipit Cantor Antiphonam Mandátum nouum. *vt infrà, & ſtatim procedit Subdiaconus Miſſæ, qui aquam tepidam lauandis fundit; ſequitur Abbas, & primo pauperi pedem lauat ac oſculatur, Prior ſecundo pauperi, Supprior tertio, Senior quarto, & ſic conſequenter vnus poſt alterum: Diaconus autem linteo præcinctus vnumquemque jam lotum extergit, ſed non oſculatur. Poſt lotionem ſingulis pauperibus ſinguli nummi dentur, & præbenda panis pulmenti & potus, vt vel ibi comedant, vel ſecum deferant; & qui nummos porri-*

gunt, pauperum manus osculentur. Finito itaque hoc Mandato, (in quo longiores Antiphonæ omittuntur) dicit Hebdomadarius.

℣. Tu lauásti pedes discipulórum tuórum.
℟. Et opus mánuum tuárum ne despícias.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

ACtiónes nostras, quæsumus Dómine, aspirándo præueni, & adjuuándo proséquere: vt cuncta nostra orátio & operátio à te semper incípiat, & per te cœpta finiátur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DE MANDATO FRATRVM.

Hora quarta à meridie ad Mandatum Fratrum signum detur, & præparetur prius in loco capitulari credentia tecta mappa nitida; ponatur super eam peluis cum vrceo aqua aliquantulum calida implendo, & mappa ad extergendos pedes, & alia lintea quibus Abbas & Ministri lauantes debent præcingi. Vasa etiam cum mantili pro lauandis manibus Abbatis post lotionem pedum; item paretur legile à sinistro latere ingredientis Capitulum linteo, vel pallio aliquo serico albo coopertum, super quo liber Euangelij ponatur. Quisque autem sibi in Cella sua pedem dextrum lauet & denudet.

Facta cum cappis laneis ſtatione in loco ſolito, donec Abbas in Sacriſtia paratus ſit, Conuentus ordine ſuo ad Capitulum progreditur, quem ſequitur Abbas ſuper Albam & Stolam habens Pluuiale violaceum & Mitram ſimplicem (Pedo autem non eſt vtendum) inter Diaconum & Subdiaconum paratos, vt ad Miſſam paramentis albis, cum Aſſiſtente in ſuperpelliceo & Stola violacei coloris, præcedentibus Acolytis cum Cereis, Thuribulo & Nauicula, ſed ſine Cruce: atque vbi ad Capitulum venerint, ſtantibus omnibus ordine ſuo, Prælatus medius inter prædictos Miniſtros, dicit voce mediocri.

℣. Confitémini Dómino, quóniam bonus.
℟. Quóniam in ſæculum miſericórdia ejus.

Deinde. Confiteor Deo, &c. *quod ideò ad Completorium non dicitur: Poſteà dicit cantando,*

℣. Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam.
℟. Et ſalutáre tuum da nobis.

Orémus.

ACtiónes noſtras, quæſumus Dómine, aſpirándo præueni, & adjuuándo proſéquere: vt cuncta noſtra orátio & operátio à te ſemper incípiat, & per te cœpta finiátur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Finita Oratione incipit Cantor, Mandátum nouum, *vt hîc infrà, & alias Antiphonas, quot neceſſum eſt, donec lotio compleatur; ita tamen vt vltima ſemper ſit,* Ante diem Feſtum; *& poſteà*

Pſalmus Ecce quàm bonum. *Incepta Antiphona* Mandátum nouum, *Abbas depoſito Pluuiali præcingitur linteo per Aſsiſtentem ; ſimiliter Diaconus & Subdiaconus depoſitis Dalmaticis præcingunt ſe linteis : & Abbas depoſita Mitra accedit ad Priorem, vel alium qui primò lauari debet, & genuflexus ſuper puluino quod Aſsiſtens vel alius continuò trahit, miniſtrante lancem Subdiacono, & aquam tepidam fundente, lauat vnicuique pedem dextrum, & oſculatur, quem Diaconus continuò ſequens, linteo extergit; & ſic fit vſque ad nouiſsimum, prius in vna, deinde in altera parte Conuentus, ijs exceptis qui miniſtrant.*

Lotis omnibus, reuertitur Abbas ad locum ſuum, vbi lauat manus, Subdiacono miniſtrante lancem cum vrceo, & Diacono mappam, & depoſito linteo accipit Pluuiale, ſimiliter Diaconus & Subdiaconus accipiunt Dalmaticas.

ANTIPHONA.



M Andátum nouum do vobis,




vt diligátis ínuicem, ſicut dilé-



xi vos, dicit Dóminus.
Psalm. EXáudi Dómine juſtítiam me-
am, intén- de deprecatiónem me-am.
Antipho- na. D I- ligámus nos
ín- uicem, quia cáritas ex
De-o eſt; & qui díligit fra-trem




ſu- um, ex De- o na- tus eſt,



& videt Deum. *Pſal.* ECce quàm




bonum, & quam jucúndum habitáre



fra-tres in vnum.


Antipho-na.




SI dile- xé- ritis




me, & verba mea in vobis




mán- ſerint, ve- re diſcí- puli




me- i eritis, & cognoſcé- tis




ve- ritá- tem, & vé- ritas li-




berá- bit vos, dicit Dóminus.



Pſalm. DEus miſereátur noſtri, &




benedí- cat no- bis: il- lú- minet vultum ſuum




ſuum ſuper nos, & miſereátur noſtri.


Antiphona. I



N hoc cognóſcent om-




nes, quia mei e- ſtis diſcípuli,



ſi dilectió- nem habuéritis ad



ínuicem. *Pſalm.* BEnedícam Dóminum




in om-ni témpore: Sem-per laus



ejus in ore meo.

Antiphona. V




Os vo- cá- tis




me Magíſter, & Dó- mine,



& bene- dí- citis, ſum étenim:




Si ego laui pedes veſtros, Dó-





minus & Ma- gíſter; & vos


debé- tis alter al- té- rius



la- uá- re pedes.

Antiphona.


M I- ſit dénique


aquam in pel-uim, & cœ-pit la-


uá- re pedes diſ- cipuló- rum,


& extér- gere línteo, quo


e- rat præ- cínctus: di- xít-
que diſ- cí- pulis ſuis.
Vos vo- cá- tis.
Antiphona.
P
Oſtquam er- go la-
ui pe- des e- ó- rum, &
acce- pit ve- ſti- ménta ſu- a:


cum recu- buíſ- ſet í- terum
di- xit illis. Vos vo- cá- tis.
Antipho- na. I N dié- bus il- lis,
mu- lier quæ erat in ciuitá-
te pec-cá- trix, vt cognó- uit
quod Ieſus accu- buíſ- ſet in do-


mo Si- mónis Le- prósi, at-
tulit alabá- trum vnguénti,
& ſtans re- trò ſecus pedes
Dómini Ie- ſu, la- chrymis cœ-
pit rigá- re pedes e- jus,
& ca- píl- lis cápitis ſu- i


ter- gé- bat, & oſcula- ba-
tur pedes e- jus, & vn-
guén- to vngébat. *Pſalm.* BEati
immaculá- ti in vi- a: qui ám-
bulant in le- ge Dó-mini.
Antiphona.
M
Aría er- go


vnxit pe- des Ie- ſu, & extér- ſit
capíllis ſuis, & do- mus implé-
ta eſt ex o- dó- re vn-
guenti. Pſalm. BEati qui ſcrutántur
teſtimónia ejus: in toto cor-
de exquírunt eum.

Antiphona.



CÆna fa- cta di-
xit Iesus disci- pulis su-
is: Amen, amen dico vo- bis:
Vnus ve-strum est hic, qui
me traditúrus est in hac
nocte. *Psalm.* MIserére mei Deus,




miſerére mei: quóniam in




te confídit ánima me-a.




Antipho-na. P Oſtquam ſurréxit Dó-



minus à cæ-na, miſit a-



quam in pel- uim, cœpit lauá-



re pedes diſ- ci- puló- rum:

Hoc exém-plum relíquit

eis. *Pſalm.* DEus ſtetit in Synagó-

ga Deó- rum: in mé- dio autem


Deos dijudicat.

Antiphona. DO- mine tu

mihi la- uas pedes? Reſpóndit




Ie- ſus, & dixit ei: Si non



láuero ti- bi pedes, non habé-




bis partem mecum. *Pſal.* DOmine non




tantum pedes meos, ſed & manus, & caput.

Antipho-
na.



AN- te di-




em Fe- ſtum Paſ-


chæ, ſci- ens Ie- ſus qui- a
e- jus ho- ra ve- nit
vt trán- ſeat ex hoc mun-
do ad Pa- trem: &
cœ- na facta ſur- ré-
xit, lín- teo præ-cín- xit


ſe, miſit a- quam in
pel- uim, cœpit la- uá- re
pedes diſci- puló- rum: Ve-
nit ad Petrum, di- xit e-
i Si- mon: Non lauá- bis mihi
pedes in æ- tér- num;


Refpón- dit Ie- fus: Si non
láuero te, non habébis partem
me- cum: Dó- mine non
tantum pe- des meos, fed & ma- nus,
& ca- put. Vos vocá- tis
me Dó- mine, & Ma- gí-


ſter, & benédi- citis, &
vos de- bétis alter al- té- ri-
us pe- des la- uá- re.
Pſalmus. ECce quàm bonum, & quam
jucún- dum: habitáre fra- tres
in vnum. Pſalm. SIcut vnguén-tum
in



in cápite: Quod deſcéndit in barbam



barbam Aaron. Ecce quàm bonum.

Finito cantu, ſiue Pſalmo, Ecce quàm bonum. *dicitur.* Kyrie eléiſon, Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam.

℟. Et ſalutáre tuum da nobis.

℣. Tu mandáſti.

℟. Mandáta tua cuſtodíri nimis.

℣. Tu lauáſti pedes diſcipulórum tuórum.

℟. Et opus mánuum tuárum ne deſpícias.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

ADéſto Dómine officio ſeruitútis noſtræ: & quia tu diſcípulis tuis pedes lauáre dignatus

es, ne despícias ópera mánuum tuárum, quæ nobis retinénda mandásti: vt sicut à nobis exterióra abluuntur inquinaménta córporum; sic à te ómnium nostrum interióra lauéntur peccáta. Quod ipse præstáre dignéris, qui cum Patre & Spíritu sancto viuis & regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Completa Oratione Acolytus cum thuribulo & nauicula accedit ad Abbatem, qui ministrante Assistente nauiculam, imponit incensum in thuribulo, & benedicit more solito: quo facto, Diaconus gerens ante pectus librum Euangeliorum, accedens cum Subdiacono & duobus Ceroferarijs ante Abbatem, à quo sicut ad Missam benedictionem petit; eaque accepta & osculata manu ejus, accedit cum Ministris ad locum Euangelij cantandi ad Aquilonem siue sinistram ingredientis Capitulum. Et posito libro super legili, Ceroferarijs stantibus vt aliàs, Diaconus præmisso Dóminus vobíscum, *signat, incensat, & cantat more solito Euangelium, videlicet* Ante diem Festum. *quo finito & incensato à Diacono Prælato, eidem portat Subdiaconus librum Euangeliorum apertum osculandum, nullam ei reuerentiam faciens, nisi post Euangelium deosculatum. Deinde sedentibus omnibus Abbas, vel is cui impositum fuerit sermonem facit. Sermone finito (vel si non fiat) mox incensato Abbate, alijs residentibus Diaconus ad prædictum pulpipitum, sed orientem versus, contiuuat sermonem Christi à verbis:* Amen, amen dico vobis, &c. *sub*

tono communi Lectionis, vſque ad verba: Súrgite eámus hinc, *incluſiuè. Tunc Conuentus ſurgens pergit ad Eccleſiam, deinde ad Dormitorium, & ibidem quæ exuerat, aſſumit. Abbas verò cum Miniſtris in Sacriſtia ſacra paramenta deponit.*

FERIA SEXTA IN Paraſceue.

Completis poſt Paſsionem Orationibus, Prælatus & Miniſtri ab Altari diſceduut, & exuta in Sacriſtia caſula & Mitra, alijque planetis plicatis, per anterius oſtium in Chorum veniunt, & Prælatus in ſtallo ſuo, alij verò in ſtallis inferioribus hinc inde conſiſtunt. Intereà aſcendunt Sanctuarium diſcalceati duo Sacerdotes albis induti abſque ſtolis & manipulis præcedente Acolyto (ſimiliter in Alba vel ſuperpelliceo, & ſine calceis) tenente ante eos Crucem coopertam velo nigro, & verſis ad Chorum vultibus retro Altare, aut cornu Epiſtolæ, cantant Antiphonam Popule meus, *vt ſequitur.*

ANTIPHONA.

P





quid fe- ci ti- bi? aut in
quo con-tri- ſtáui te?
Reſ-pon- de mi- hi: qui- a
e- dú- xi te de ter-
ra Æ- gyp-ti, pa- rá- ſti
cru- cem Saluató- ri tu- o.

Cantata Antiphona, prædicti Sacerdotes veniunt vſque ad medium Sanctuarij ante Altare; & duo Acolyti ſuperpelliceis aut albis induti, & diſcalceati, ſtantes ante gradus Presbyterij verſa facie ad Altare cantant, Agios, ô Theos, *vt hîc infrà: quo cantato ſoli genuaflectunt; ſurgentes autem cantant* Agios iſchyros, *quo dicto ſecundo genuaflectunt; & ſurgentes cantant tertiò* Agios athanatos eleiſon hymas: *quo cantato, tertio genuaflectunt Tunc Chorus ſubjungit*, Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus, &c. *vt infrà, etiam tertiò genuaflectens: Qui in Sanctuario ſunt, non flectunt genua, neque qui cantant* Agios.






ele- iſon hi- mas.



Chorus. SAnctus De- us. San-



ctus for- tis. San-ctus




& immortá- lis miſe- ré-



re no- bis.

Finito cãtu in Choro, Sacerdotes qui in Sanctuario sũt cantant ſequentẽ Anti.

Antiphona. Q



Vi- a e- dú-


xi te per desér- tum
quadra-gínta annis, & man-na
ci- bá- ui te & intro- dú-
xi in ter-ram sa- tis bo- nam;
Pa- rá- sti cru- cem
Saluató- ri tu- o.


Finita Antiphona, Acolyti & Chorus iterum cantant Agios & Sanctus, *vt ante. Interim qui in Sanctuario ſunt, veniunt ad gradus Presbyterij, & ibi ſtantes, completo à Choro* Sanctus, *vt ſuprà,* pagina 134. *cantant Antiphonam ſequentem.*

Antiphona.







es mihi ni- mis amára, acéto




nam-que mixto cum fel- le ſitim



me- am po- tá- ſti, & lán- cea



perfo- ráſti la- tus Saluató- ris





tu- i.


Finita Antiphona Acolyti cantant Agios, *& Chorus* Sanctus, *vt ſuprà.* pagina 134. *Quo completo prædicti Sacerdotes accipiunt Crucem de manu Acolyti, ac eam diſcooperiunt, & velum Acolyto tradunt: quo*

digrediente ad locum ſuum, ipſi incipiunt Antiphonam Ecce lignum Crucis, *prout hîc infrà; Ad quæ verba Chorus genuflectit, & ſtatim ſurgens, reliqua vſque ad finem proſequitur; tum Cantores ſubijciunt.* ℣. Beáti immaculáti, *& Chorus* ℟. Qui ámbulant. *Poſteà iidem Sacerdotes prædictam Antiphonam repetunt, quam Chorus rurſus genuflectens, deinde ſurgens abſoluit. Sacerdotes autem Crucem in locum ad hoc præparatum genuflexi reuerenter deponunt, diuertuntque hinc inde ad viciniora ſtalla.*










Quo expleto Cantores inchoant Antiphonam, Crucem tuam adorámus, *vt hîc infrà, quam Chorus perficit: Subijciunt Cantores Psalmum* Deus misereátur, *Choro prosequente* illuminet, &c. *Tum Cantores resumunt ab initio* Crucem tuam, *& Chorus prosequitur. Statim vbi primò inchoatur Antiphona, Prælatus primùm, ac deinde Diaconus & Subdiaconus, depositis calceis toto corpore prostrati, Crucem breuiter adorant & osculantur. Similiter adorant reliqui; priùs hi qui cantauerunt* Pópule meus, *deinde Aßistens cum Ministro de Mitra; post hos qui seruit de Pedo, & qui tulit Crucem; tum qui cantauerunt* Agios, *deinde Cantores (quorum vices in Cantu supplent interim duo alij) ad demum Conuentus bini & bini vsque ad fratres laïcos siue Conuersos.*


Antiphona.
CRucem tu- am adó-
ramus Dó-mine, & sanctam resurrectí-
ónem tu- am laudá- mus & glorifi-
cá- mus: Ecce enim propter cru-
cem ve- nit gáu-dium in vni-
uér- so mundo. Psal. DEus misere-




átur noſtri, & bene- dí- cat no-



bis: Illú- minet vultum ſuum ſuper



nos, & miſereátur noſtri.



Crucem tu- am.

Completa prædicta Antiphona, &c. Cantores incipiunt Hymnum Crux fidélis. *vt infrà, canentes duos integros Verſus, ſcilicet* Crux fidélis *&* Pange lingua, *quibus Chorus ſubjungit primum Verſum* Crux fidélis, *vſque ad* Dulce lignum; *quæ poſterior pars ſubjungitur tertio Verſui à Cantoribus cantato, & ſic viciſsim vſque in finem. Cantato hoc Hymno quo-uſque pro multitudine adorantium ſufficit, Cantores ab initio repetunt primum Verſum* Crux fidélis, *quem Chorus proſequitur.*


HYMNVS. CRux fidé- lis
inter om- nes arbor v- na nó-
bilis: Nulla ſilua ta- lem pro-fert
fronde, flo- re, ger- mine: Dulce
lignum, dul-ces cla- uos, dulce pon-
dus ſú- ſtinet. ℣. PAnge lin- gua


glorió- ſi prælium cer- tá-
minis, & ſuper crucis tro-phæ-
o dic tri-úm-phum nó- bilem,
quáliter Re-dém-ptor or- bis
immo- lá- tus ví- cerit. Crux fi-
dé- lis inter om-nes arbor v- na


nó- bilis: Nulla ſilua ta- lem
pro-fert fronde, flo-re, gér- mine.
℣. DE parén- tis protoplá- ſti fraude
fa- ƈta cón- dolens, quãdo pomi
no- xiá- lis morſu in mor-tem
cór- ruit, ipſe lignum tunc

notáuit


no- tá- uit damna li- gni vt
ſol- ueret. Dulce lignum, dul-ces
cla- uos, dulce pon-dus ſú- ſtinet.
℣. HOc opus no- ſtræ ſalú- tis ordo
de- po- póſ- cerat, multi- fórmis
pro- ditó- ris ars vt ar- tem


fál- leret, & me- délam fer- ret
in- de, hoſtis vn- de læ- ſerat.
Crux fidé- lis inter om-nes arbor
v- na nó- bilis: Nulla ſilua
ta- lem pro- fert fronde, flo- re,
gér- mine. ℣. QVando ve- nit ergo


ſa- cri plenitú- do tém- poris,
miſſus eſt ab ar- ce Pa- tris
natus, or- bis cón- ditor; atque
ventre vir- giná- li caro fa-
ctus pró- dijt. Dulce lignum,
dul-ces cla- uos, dulce pon-dus


sú- ſtinet. ℣. VAgit in- fans in-
ter ar- cta cónditus præ-sé-
pia: Membra pannis in- uo- lú-
ta Virgo ma- ter ál- ligat;
& ma- nus pe- déſ-que & cru-
ra, ſtricta cin-git fáſ- cia.


Crux fidé- lis inter om-nes ar-
bor v- na nó- bilis: Nulla
ſilua ta- lem pro- fert, fronde,
flo- re gér- mine. ℣. LVſtris
ſex qui jam perá- ctis tempus
im-plens cór- poris, ſe vo- lén-


te na-tus ad hoc, paſſi- ó- ni
dé- ditus agnus in cru-cis
le- uá- tur immo- lán-dus ſtí- pi-
te. Dulce lignum, dul-ces cla- uos,
dulce pon-dus sú- ſtinet. ℣. HIc
ace- tum, fel, arún- do, ſputa, cla-


ui, lán- cea; mite corpus
per- forá- tur, ſanguis, vn- da
pro- fluit, terra, pontus, a- ſtra,
mun-dus, quo la- uán-tur flú- mine.
Crux fidé- lis inter om-nes arbor
v- na nó- bilis: Nulla ſilua


ta- lem pro-fert fronde, flo-re,
gér- mine. ℣. FLecte ra- mos arbor
al- ta, tenſa la- xa víſ- cera;
& ri- gor lentéſ-cat il- le,
quem de- dit na- tí- uitas: Vt
ſu- pérni mem-bra Re- gis miti


ten-das ſtí- pite. Dulce lignum,
dul-ces cla- uos, dulce pon-dus
ſú- ſtinet. ℣. SOla di- gna tu
fuí- ſti ferre ſæ- cli pré- ti-
um, atque portum præ-pa- rá- re
nauta mun-do náu- frago; quem


ſa- cer cru-or per- ún- xit, fu-
ſus A- gni cór- pore. Crux fi-
dé- lis inter om-nes arbor v- na
nó- bilis: Nulla ſilua ta- lem
pro-fert fronde, flo- re, gér- mine.
℣. GLória & honor De-o


vſquequá-que al- tíſ- ſimo, vna
Patri, Fi- lió- que, ínclyto
Pa- rá- cly- to; cui laus eſt
& po- té- ſtas per æ- tér- na
ſæ- cula. Dulce lignum, dul-ces
cla- uos, dulce pon-dus sú- ſtinet.

Finita Adoratione prædicti duo Sacerdotes eleuant Crucem, & ſtantes in ipſo loco cantant Antiphonam Super ómnia ligna Cedrorum, *vt hîc infrà; & protinus Conuentus è contra genuflectens, & mox ſurgens, verſo vultu ad Altare eandem Antiphonam percantat, & Sacerdotes Crucem in Altari reponunt, & depoſitis Albis in Sacriſtia, ad Chorum redeunt.*






Interim Prælatus reſumptis in Sacriſtia quæ depoſuerat paramentis, cum Diacono & Subdiacono etiam vt prius indutis, & alijs Miniſtris, cum thuribulis & luminaribus, venit ad Chorum, ac inde proceſſionaliter itur ad locum, vbi pridie repoſitum V. Sacramentum, hoc ordine; præcedunt Ceroferarij portantes candelabra cum cereis accenſis, ſequuntur Thuribularij cum nauicula & thuribulis; tum Acolytus cum Cruce, ac deinde Conuentus, & poſt omnes Celebrans cum Miniſtris. Cum peruentum fuerit ad locum V. Sacramenti; Prælatus genuflexus ante V. Sacramentum orat aliquantulum, mox ſurgens, abſque benedictione ponit incenſum in duobus thuribulis, miniſtrante Aſſiſtente nauiculam; & genuflexus V. Sacramentum triplici ductu incenſat, deinde velum ſuper humeros capit. Tum Diaconus extrahens Calicem cum V. Sacramento de capſula, dat ad manus Abbatis, & tegit extremitatibus veli: & procedunt eo ordine quo venerant. Defertur autem V. Sacramentum ſub Balda-

chino, & præcedunt ante illud qui portant funaliæ, & duo Acolyti cum thuribulis fumigantibus, continuò illud incenſant. Interim cantatur Hymnus Vexílla Regis pródeunt. *vt hîc infrà, Cantoribus incipientibus. Vbi Proceſſio per anterius oſtium ad Chorum venerit, Conuentu genuaflectente, procedunt ij qui funalia portant, & Prælatus cum Venerabili Sacramento comitantibus Miniſtris tranſit medius per eos ad Sanctuarium. Et Diaconus genuflexus ante gradus Altaris accipit V. Sacramentum de manu Abbatis ſtantis, illudque reuerenter collocat ſuper Altari; & Abbas depoſito velo, genuflexus in primo gradu Altaris, V. Sacramentum iterum incenſat. Ceroferarij ab ingreſſu Proceſſionis vſque ad Communionem, tenent cereos ſuos genuflexi ad gradus Presbyterij; ſimiliter qui portauerunt funalia, hinc inde in Sanctuario eadem accenſa tenent; Conuentus autem manet proſtratus ſuper formas.*

HYMNUS.






rium, Quo carne car- nis cón-



ditor Suſpén- ſus eſt pa-



tí- bulo.

Quo vulnerátus ínſuper
Mucróne diro lánceæ,
Vt nos lauáret crímine
Manáuit vnda & ſánguine.
Impléta ſunt quæ cóncinit
Dauid fidéli cármine,
Dicens, in natiónibus,
Regnáuit á ligno Deus.
Arbor decóra & fúlgida,
Ornáta Regis púrpura,
Eléĉta digno ſtípite
Tam ſanĉta membra tángere.
Beáta cuius bráchijs
Sæcli pepéndit prétium,

Státera facta córporis,
Prædámque tulit tártari.
O Crux aue ſpes única,
Hoc Paſſiónis témpore
Auge pijs juſtitiam,
Reíſque dona véniam.
Te ſumma Deus Trínitas,
Colláudet omnis ſpíritus:
Quos per Crucis myſtérium,
Saluas, rege per ſæcula. Amen.

SABBATO SANCTO

Poſt benedictionem Cerei Paſchalis, completis orationibus, &c. Cantores ante gradus Presbyterij in pluuialibus cantant Litanias, vt hîc infrà, ſub quibus Conuentus ante ſtalla ſua manet ſtans verſis vultibus ad Altare. Prælatus nominata Sancta María, *deſcendit cum Miniſtris ad Sacriſtiam, vbi depoſitis Mitra & caſula, ac Miniſtris Dalmaticis, & Aßiſtens Pluuiali, in Chorum per anterius oſtium reuertuntur, Abbas ad ſtallum ſuum; Miniſtri verò hinc inde ad ſtalla inferiora. Si autem Prior, vel alius celebrauerit Officium, exuta Caſula & Miniſtri Dalmaticis, per laterale oſtium reuertuntur, & cum Miniſtris manet in inferioribus ſtallis, non procul à gradibus Presbyterij. Quod ſi benedicendi ſunt Fontes, Celebrans accepto Pluuiali violaceo, præcedente Cruce cum Cereis,*

&

& Cereo benedicto, itur Proceſſionaliter ad Fontes (ſi Abbas, cum Miniſtris poſt Conuentum; ſi alius, ante Conuentum more ſolito) Cantoribus Litanias proſequentibus donec eò perueniatur. Completa benedictione Fontium, reſumunt Cantores Litanias, vbi eas reliquerunt, & Proceſſio ad Chorum redit. Officians verò cum vſque ad gradus Presbyterij peruenerit, cum Miniſtris ad Sacriſtiam ſe confert. Vbi verò non ſunt benedicendi Fontes, ad Verſiculum Peccatóres, Te rogámus audi nos. *Abbas, vel alius Officians, cum ſuis Choro exit, & aſſumit paramenta albi coloris pro ſecutura Miſſa.*


LITANIA DICENDA Sabbato Sancto.




Kyrie eléiſon. Chriſte




eléiſon. Chriſte audi nos.




Chriſte exáudi nos. Pater de



cælis Deus, miſerére nobis. Fili




Redémptor mundi Deus, miſerére




nobis. Spíritus ſancte Deus, miſe-



rére nobis. Sancta Trínitas vnus



Deus, miſerére nobis. Sancta Ma-




ría, ora pro nobis.


Sancta Dei génitrix, ora pro nobis.
Sancta Virgo Vírginum, ora pro nobis.
Sancte Míchaël, ora pro nobis.
Sancte Gábriël, ora pro nobis.
Sancte Ráphaël, ora pro nobis.
Omnes sancti Angeli & Archángeli Dei, oráte pro nobis.
Sancte Ioánnes Baptísta, ij. ora pro nobis.
Omnes sancti Patriárchæ & Prophétæ, oráte pro nobis.
Sancte Petre, ora pro nobis.
Sancte Paule, ora pro nobis.
Sancte Andréa, ora pro nobis.
Sancte Iacóbe, ora pro nobis.
Sancte Ioánnes, ora pro nobis.
Sancte Thoma, ora pro nobis.
Sancte Iacóbe, ora pro nobis.
Sancte Philíppe, ora pro nobis.
Sancte Bartholomæe, ora pro nobis.
Sancte Matthæe, ora pro nobis.
Sancte Simon, ora pro nobis.
Sancte Thadæe, ora pro nobis.
Sancte Mathía, ora pro nobis.
Sancte Bárnaba, ora pro nobis.
Sancte Luca, ora pro nobis.
Sancte Marce, ora pro nobis.
Omnes sancti Apóstoli & Euangelístæ Dei, oráte pro nobis.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte pro nobis.

Omnes ſancti Innocéntes, oráte pro nobis.
Sancte Stéphane, ora pro nobis.
Sancte Laurénti, ora pro nobis.
Sancte Vincénti, ora pro nobis.
Sancti Fabiáne & Sebaſtiáne, oráte pro nobis.
Sancti Ioánnes & Paule, oráte pro nobis.
Sancti Coſma & Damiáne, oráte pro nobis.
Sancti Geruáſi & Protháſi, oráte pro nobis.
Sancte Dionyſi cum ſócijs tuis, ora pro nobis.
Sancte Géreon cum ſócijs tuis, ora pro nobis.
Sancte Quintíne, ora pro nobis.
Sancte Thoma, ora pro nobis.
Omnes ſancti Mártyres, oráte pro nobis.
Sancte Siluéſter, ora pro nobis.
Sancte Gregóri, ora pro nobis.
Sancte Ambróſi, ora pro nobis.
Sancte Auguſtíne, ij. ora pro nobis.
Sancte Hierónyme, ora pro nobis.
Sancte Pater Norbérte, ij. ora pro nobis.
Sancte Martíne, ora pro nobis.
Sancte Nicoláe, ora pro nobis.
Sancte Remígi, ora pro nobis.
Omnes ſancti Pontífices & Confeſſóres, oráte pro nobis.
Omnes ſancti Doctóres, oráte pro nobis.
Sancte Antóni, ora pro nobis.
Sancte Benedícte, ora pro nobis.
Sancte Bernárde, ora pro nobis.
Sancte Domínice, ora pro nobis.


Sancte Francíſce, ora pro nobis.
Sancte Ludouíce, ora pro nobis.
Omnes ſancti Sacerdótes & Leuítæ, oráte pro nobis.
Omnes ſancti Mónachi & Eremitæ, oráte pro nobis.
Sancta Anna, ora pro nobis.
Sancta María Magdaléna, ora pro nobis.
Sancta Agatha, ora pro nobis.
Sancta Lúcia, ora pro nobis.
Sancta Agnes, ora pro nobis.
Sancta Cæcília, ora pro nobis.
Sancta Catharína, ora pro nobis.
Sancta Bárbara, ora pro nobis.
Sancta Vrſula cum ſodálibus tuis, oráte pro nobis.
Sancta Anaſtáſia, ora pro nobis.
Omnes ſanctæ Vírgines & Víduæ, oráte pro nobis.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, oráte pro nobis.



PRopítius eſto, Parce nobis Dómi-



ne. Ab insídijs Diáboli, &



ómnium inimicórum noſtrórum,



Líbera nos Dómine.

Ab omni immundítia mentis & córporis, líbera nos Dómine.

Ab imminéntibus peccatórum noſtrórum perículis, líbera nos Dómine.

Ab ira, & odio, & omni mala voluntáte, líbera nos Dómine.

A ſubitánea & improuíſa morte, líbera nos Dómine.

A damnátione perpétua, líbera nos Dómine.

Ab omni malo, líbera nos Dómine.


Per Incarnatiónem, & Natiuitátem tuam, líbera nos Dómine.

Per Paſſiónem, & Crucem tuam, líbera nos Dómine.

Per glorióſam Reſurrectiónem, & admirábilem Aſcenſiónem tuam, líbera nos Dómine.

Per Aduéntum Spíritus ſancti Paracliti, líbera nos Dómine.

In die judícij, líbera nos Dómine.



PEccatóres, Te rogámus audi nos.

Vt pacem & concórdiam nobis dones, te rogámus audi nos.

Vt Ecclésiam tuam exaltáre, & defensáre dignéris, te rogámus audi nos.

Vt domnum Apoſtólicum, & cunctum Eccleſiáſticum órdinem in ſancta Religióne conſeruáre dignéris, te rogámus audi nos.

Vt Pontífices, & Abbátes noſtros cum ómnibus illis commíſſis miſericórdia & piétas tua cuſtódiat, te rogámus audi nos.

Vt Reges & Príncipes noſtros, & cunctum pópulum Chriſtianum pretioſo ſánguine tuo redémptum conſeruáre dignéris, te rogámus audi nos.


Vt inimicos Chriſtiáni nóminis déxtera tuæ poténtiæ tuæ comprímere dignéris, te rogámus audi nos.

Vt loca noſtra, & ómnia loca Sanctórum in ſancta Religióne conſeruáre dignéris, te rogámus audi nos.


Vt omnes familiaritáte vel conſanguinitáte nobis conjunctos cuſtodíre dignéris, te rogámus audi nos.

Vt errantes ad viam ſalutis redúcas, te rogamus audi nos.


Vt infírmis ſanitátem reſtítuas, te rogámꝰ audi nos.
Vt cunctis fidélibus defúnctis réquiem ætérnam dones, te rogámus audi nos.
Vt fructus terræ nobis dare, & conſeruáre dignéris, te rogámus audi nos.
Vt remiſſiónem peccatórum noſtrórum nobis dones, te rogámus audi nos.
Vt grátiam ſancti Spíritus córdibus noſtris cleménter infúndere dignéris, te rogámus audi nos.
Vt ad vitam ætérnam nos perducére dignéris, te rogámus audi nos.
Fili Dei, te rogámus audi nos.
Fili Dei, te rogámus audi nos.
Fili Dei, te rogámus audi nos.



AGnus Dei, qui tollis peccáta




mundi, Parce nobis Dómine. Agnus



Dei qui tollis peccáta mundi,



Miſerére nobis. Agnus Dei



qui tollis peccáta mundi, Dona




nobis pacem. Chriſte audi nos.



Chriſte exáudi nos.

Deinde Cantores incipiunt Kyrie *Paſchale ad Miſſam, vt hîc infrà. Idem planè obſeruandum in Vigilia Pentecoſtes.*



KY- rie e- leiſon.



Ky- rie.

Alijs diebus quibus dicitur præcedens Litania post Agnus Dei, *cantatur* Chriſte audi nos, &c. *vt ſequitur.*




CHriſte audi nos. Chriſte exáu-



di nos. Kyrie eléiſon.



Chriſte eléiſon Ky- rie



eléiſon.

IN DIE SANCTO PASCHÆ.

Ad aspersionem aquæ, Antiphona, Vidi aquam, &c. *vt hîc infrà: & dicitur toto tempore Paschali diebus Dominicis.*




i- ſta, ſal- ui fa-
cti ſunt, & di- cent. Al-
le- lú- ia, al- lú- ia.
Pſ. COn-fité- mini Dómino quó-niam
bo-nus: Quó- niam in ſæculum
miſericor- dia e- jus.



GLó- ria Patri, & Fílio, &c.



Al- le- lu- ia.

Glória Patri. *deinde repetitur* Allelúia.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.


Orémus.

COncede quæſumus, omnipotens Deus: vt qui feſta Paſchália ágimus, cæléſtibus deſidérijs accénſi, fontem vitæ ſitiámus, Ieſum-Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Ad Proceſſionem Reſponſorium.



C Vm Rex gló- riæ



Chri- ſtus in- férnum debella-


tú- rus in- trá- ret, & cho-
rus An- gé- licus
ante fáciem e- jus por-tas Prín-
cipum tol-li præ-cí- peret;
San-ctorum pó- pulus, qui tene-
bátur in mor-te cap-ti- uus, vo-


ce la- cryma- bili clama-
uerat: Ad- ucní- sti de- side-
ra- bilis, quem expecta- ba-
mus in té- nebris, vt e-
dú- ceres hac no- cte vincula-
tos de claustris; te no- stra


vo- cá- bant ſuſpí- ria, te
lar- ga re- qui- ré-
bant la- ménta, tu fa- ctus es
ſpes deſ- perá- tis, magna con-
ſolá- tio in tormen-
tis, Al- le- lú- ia.


In Statione
℟.
SEdit An- gelus
ad ſe- púl- chrum Dó- mini, ſto-
la cla- ritá- tis coo-
pér- tus vi- dén- tes e- um mu-
lí- eres, ní- mio terró-
re per- tér- ritæ, aſ- tité-



runt à lon- ge: tunc
locú- tus eſt An- gelus,
& di- xit e- is: * Nolí- te
me- tú- ere; di- co vo-
bis, quia ille, quem quæ- ritis
mór- tuum, jam vi- uit,



& vita hó- minum cum e- o




sur- ré- xit, alle-



lú- ia.


Ad nutũ Cantoris, Prior, Supprior & Senior cantant sequentẽ Versum.



℣. CRu- cifí- xum in car-



ne laudá- te, & se- púltum pro-pter



vos glo- rifi- cá- te, resurgen-



tém-que à mor-te adorá- te.



* Nolí- te.

Versu præcedenti finito, Cantor ijsdem, aut tribus sequentibus Versum sequentem innuit, retrò Crucem versis ad Conuentum vultibus cantandum.




℣. R Ecor- dá- mini quó-



modo præ- dí- xit, quia o- pór-tet



fi- lium hó- minis cru- cifi-





Sub finem repetitionis Cantor ſuggerit Prælato ſequentem Verſiculum.

℣. Dícite in natiónibus, allelúia.

℟. Quia Dóminus regnáuit à ligno, allelúia.

Orémus.

DEus, qui pro nobis Filium tuum crucis patíbulum ſubíre voluíſti, vt inimíci à nobis expélleres poteſtátem: concéde nobis fámulis tuis, vt reſurrectiónis grátiam conſequámur. Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

In Introitu Reſponſorium.




mór- tuis, jam non
mo- ritur, mors il- li
vl- tra non do- miná-
bitur: *Quod e- nim vi- uit,
vi- uit De-o, al- le-
lú- ia, al- le- lú ia.

Sequens Versus tribus alijs à Cantore imponitur ante pulpitum Collectarum cantandus; aut ipsi Cantores, accedente tertio aliquo, cantant.





Quo completo Prælatus ex faldistorio suo cantat.

℣. In Resurrectióne tua Christe, allelúia.
℟. Cæli & terra læténtur, allelúia.

Orémus.

CONcéde quæſumus omnípotens Deus, vt qui Reſurrectiónis Domínicæ ſolémnia cólimus, innouatióne tui Spíritus à morte ánimæ reſurgámus. Per Chriſtum, &c.

AD VESPERAS.

In anteriori templo ſeu naui Eccleſiæ, finita Antiphona poſt Pſalmum In éxitu Iſraël, *Prior, Supprior & Senior à Cantore præmoniti incipiunt ſequens* Allelúia. *quod non repetitur, ſed protractione per Chorum facta, Verſum ſubijciunt, ſub quo Chorus ſedet, & in fine ſtans protrahit.*





Completa protractione Verſus, Prælatus ſtans ſine Mitra, Conuentu ſtante verſis vultibus ad Altare, ſine Dóminus vobiſcum, *ſubijcit.*

Orémus.

DEus, qui credéntes in te pópulos gratia tuæ largitátis multíplicas: réſpice propítius ad electiónem tuam: vt qui Sacramento Baptiſmatis ſunt renáti, regni cæléſtis mereántur introitum. Per Chriſtum, &c.

Finita Collecta Cantores incipiunt Antiphonam Christus resúrgens, *vt suprà*, pagina 181. *omisso* Dicant nunc; *& Processio intrat Chorum, & Prælatus transit vsque ad Altare, vbi Diacono & Subdiacono retrò stantibus, vt ad Missam, Cantor suggerit Versum sequentem.*

℣. Dícite in natiónibus, allelúia.

℟. Quia Dóminus regnauit à ligno, allelúia.

Orémus.

DEus, qui nos fecísti hodiérna díe Festa Paschália celebráre: fac nos quæsumus in cæléstí regno gaudére. Per Dóminum nostrum.

℣. Dóminus vobíscum.


℟. Et cum Spíritu tuo. *Reliqua vt aliàs.*

Data à Prælato benedictione, si introducendum est Chrisma cum oleo sacro, instituitur iterum Processio ad locum vnde illud ferendum est, cum tædis & funalibus; ac vbi ad locum venerit, Prælatus transit inter Conuentum cum Ministris, & accepto vtroque vasculo de manu Sacristæ, aut alterius, qui aliunde hæc tulerit, omnibus eodem modo ad templum reuertentibus, Cantores incipiunt ℟. Honor virtus, *pro vt habetur infrà in Dominica prima Augusti. Cum Processio intrauerit templum, pulsantur campanæ, &* Te Deum laudámus, *cum Organo alternatim cantatur. Sub vltimo Versu itur ad Chorum, & Prælatus ad Altare depositis vasculis in manibus Sacristæ, reuertitur per ostium laterale ad Sacristiam. Sacrista*

verò ipsum Chrisma & oleum sacrum debito loco reuerenter deponit.

Ferijs secunda, tertia & quarta fit Processio ad nauim templi sicut ipso die, nisi quod Conuentus non sit in Pluuialibus, & quod Prior & Ministri ante Conuentum vadant: Qui vbi ad dictum locum venerint, stant sicut aliàs ad Processionem, donec post primum Versum Psalmi In éxitu Israël, *cum Conuentus sedeant. Qui cecinerunt* Allelúia, *& sunt in Pluuialibus vadunt in ordine suo; & completa Antiphona post* In éxitu, *incipiunt* Allelúia *vnicuique Feriæ assignatum, & protractione per Chorum facta Versum subijciunt.*

FERIA SECVNDA IN NAVI Ecclesiæ ante Crucem.



A Lle- lú- ia.





OPor- té- bat pa- ti



Fine Verſus protracto Officians ſine Dóminus vobíſcum, *dicit.*

Orémus.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui humánam natúram ſupra primæ oríginis réparas

dignitátem: réſpice pietátis tuæ ineffábile Sacraméntum, vt quos regeneratiónis myſtério innouáre dignátus es, in his dona tuæ gratiæ perpétua protectióne conſérua. Per Chriſtum, &c.

In Introitu Antiphona. Dicant nunc Iudæi, *vt ſuprà.* Pagina 183.

℣. Dícite in natiónibus, allelúia.

℟. Quia Dóminus regnáuit à ligno, allelúia.

Orémus.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt qui reſurrectiónis Domínicæ ſolémnia cólimus, ereptiónis noſtræ grátiam ſuſcípere mereamur. Per eúndem Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

FERIA TERTIA IN NAVI Eccleſiæ ante Crucem.





Orémus.

OMnípotens ſempitérne Deus, deduc nos ad ſocietátem cæléſtium gaudiórum: vt Spíritu ſancto renátos fácias regnum tuum in-

troíre, atque eò peruéniat humílitas gregis, quò procéssit celsitúdo pastóris. Per Christum, &c.

Ad Introitum Antiphona. Christus resúrgens, *vt suprà.* Pagina 181.

℣. Dícite in natiónibus, allelúia.

Orémus.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: vt qui grátiam Domínicæ resurrectiónis agnóuimus, ipsi quoque per amórem Spíritus à morte ánimæ resurgámus. Per eúndem Dóminum, &c.

FERIA QVARTA ante Crucem.





de ſe- pul- chro,



& ap- pá-



ruit Pe- tro.

Orémus.

DEus, qui ad ætérnam vitam in Chriſti reſurrectióne nos réparas, imple pietátis tuæ ineffábile Sacraméntum: vt cum in majeſtáte ſua Saluátor noſter aduénerit, quos fecíſti baptíſmo regenerári, fácias vera immortalitáte veſtíri. Per eúndem Chriſtum, &c.

Antiphona. Dicant nunc Iudæi, *vt ſuprà.* Pag. 183.

℣. Dícite in natiónibus, allelúia.

Orémus.

COncéde, quæſumus, omnípotens Deus: vt Feſta Paſchália, quæ venerándo cólimus, étiam viuéndo teneámus. Per Dóminum noſtrum, &c.

FERIA QVINTA ANTE Crucem in Naui Ecclesiæ.

A Cantoribus cantatur sequens Allelúia.



Orémus.

DEus, qui renatis ex aqua & Spíritu sancto cæléstis regni pandis introítum, auge super famíliam tuam grátiam, quam dedísti: vt qui ab ómnibus sunt purgáti peccátis, nullis priuéntur promíssis. Per Christum, &c.


Antiphona. Christus resúrgens, *vt suprà.* Pag. 181.

℣. Dícite in natiónibus, allelúia.

Orémus.

COncéde, quæsumus, omnípotens Deus; vt qui Paschális festiuitátis solémnia cólimus, deuóti in tua semper laude viuámus. Per Dóminum nostrum, &c.

FERIA SEXTA ante Crucem.



ALlelú- ia.



DI- cite



Orémus.

DEus, qui credéntes in te fonte Baptíſmatis innouáſti, hanc in renátis in Chriſto concéde cuſtódiam: vt nullo erróris incúrſu, grátiam tuæ benedictiónis amíttant Per eúndemChriſtum,&c.

Antiphona Dicant nunc Iudæi, *vt ſuprà*. Pag. 183.

Dícite in natiónibus, allelúia.

Orémus.

DEus, qui æternam vitam in Chriſti reſurrectióne nobis réparas; érige nos ad con-

ſedéntem in déxtera tua noſtræ ſalútis auctorem: vt qui pro nobis judicándus aduénit, pro nobis judicaturus mitis aduéniat Ieſus-Chriſtus. Qui tecum viuit & regnat in vnitáte, &c.

DOMINICA IN OCTAVA Paſchæ.

Ad aſperſionem aquæ Antiphona Vidi aquam, *vt ſupra*, pagina 171. *Ad Proceſſionem Antiphona* Cum Rex glóriæ. *In Statione* ℟. Sedit Angelus, *vt ſuprà*, pagina 177. *cum ſolo Verſu* Crucifixum. *Officians à Cantore præmonitus ſubjungit Verſum* Dícite in natiónibus, allelúia. *& Collectam* Deus qui pro nobis, *vt ſuprà*, pagina 181. *Ad introitum Chori Antiphona.* Chriſtus resúrgens, *ſed ſine ſuo Verſu;* ℣. In Reſurrectióne tua Chriſte, allelúia. *Collecta de Reſurrectione ſicut prima die.*

Dominica ſecunda, tertia, quarta & quinta poſt Paſcha ad Proceſſionem cantatur Antiphona. Chriſtus resúrgens *cum Verſu ſuo, ſi opus fuerit. In Statione* ℟. Sedit Angelus, *cum ſolo Verſu, hac quidem Dominica,* Crucifixum, *etiamſi præcedenti Dominica adhuc cantatus fuerit; ſequenti verò Dominica,* Recordámini. *ac ſic viciſſim. Singulos autem iſtos Verſus cantant Cantores vſque ad repetitionem* Nolíte metúere, *ſub qua introeundum eſt ad Chorum; ſequitur Verſus* Dícite in natiónibus, allelúia. *Collecta*

Deus qui pro nobis, *vt suprà*, pagina 181. *De hac Processione propter aliquod Festum Duplex nihil mutatur.*

IN LITANIA MAIORI, *absoluta Nona, fit Aspersio more solito, sub qua cantatur Antiphona.* Exúrge Dómine, *cum Collecta de afflictione vt hîc infrà; quod idem planè obseruatur in Rogationibus.*





Finita Antiphona, Officians cantat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

PArce Dómine, parce pópulo tuo, & nullis patiáris jam aduerſitátibus fatigári, quos pretióſo ſánguine Filij tui redemíſti. Qui tecum viuit & regnat Deus. ℟. Amen.


Quo completo incipit Cantor Antiphonam. Súrgite, *cum alijs, pro vt hîc infrà, & egreditur Processio eo ordine, quo solet in Dominica.*





pec- ca- tó- res in
pa- ce cu- ſtodíte, al-
le- lúia.
Antipho-
na.
DE Ie- rú- ſálem
é- xeunt relí- quiæ,
& ſaluátio de mon-


te Si- on, pro-pté- reà
proté- ctio e- rit
huic ci- uitá- ti, & ſal-
uábitur pro-pter Da-uid fá-
mulum e- jus, alle-
lú- ia.


Antipho-na.
C Vm jucun- ditáte
ex- í- bitis, &
cum gáu-dio dedu- cé- mi-
ni: Nam & mon-tes &
col- les exí- lient,
expe- ctan- tes vos cum





Finitis præcedentibus Antiphonis, sequuntur Litaniæ à Cantoribus cantandæ (Processione foras non egrediente) vt in Vigilia Paschæ; si autem Processio foras egrediatur, cantata Antiphona Súrgite *cum alijs, vt suprà, cantantur tot Responsoria, quot juxta prolixitatem viæ pro locorum consuetudine erunt necessaria, hoc ordine: Primum Responsorium de SS. Trinitate,* Summæ Trinitáti; *secundum de Sancta Cruce,* Nos autem gloriári; *tertium de B. Virgine,* Christi Virgo; *quartum de Patrono Ecclesiæ; quintum de SS. Angelis;* Te sanctum Dóminum; *sextum de S. Ioanne Baptista,* Inter natos; *septimum de S. Augustino,* Volébat; *Octauum de S. P. N. Norberto,* Domi & foris; *Vltimum de omnibus Sanctis,* Concéde nobis Dómine. *Omnia pro vt habentur in suis locis, infrà. Post aliqua, vel omnia jam dicta Responsoria, cantantur in solemniori tono Litaniæ, vt sequuntur.*

LITANIÆ DICENDÆ, quando Proceſſio foras egreditur.




miſe- rére nobis. Spí- ritus ſan-
cte De-us, miſe- rére nobis.
San-cta Trínitas vnus De-us, mi-
ſe- rére nobis. San-cta Ma-rí-
a, o- ra pro nobis. San-cta De-
i gé- nitrix, o- ra pro nobis.






Sancte Míchaël, ora pro nobis.
Sancte Gábriël, ora pro nobis.
Sancte Ráphaël, ora pro nobis.
Omnes ſancti Angeli & Archángeli Dei, oráte pro nobis.
Sancte Ioánnes Baptíſta, ij. ora pro nobis.
Omnes ſancti Patriárchæ & Prophétæ, oráte pro nobis.
Sancte Petre, ora pro nobis.
Sancte Paule, ora pro nobis.
Sancte Andréa, ora pro nobis.
Sancte Iacóbe, ora pro nobis.
Sancte Ioánnes, ora pro nobis.
Sancte Thoma, ora pro nobis.
Sancte Iacóbe, ora pro nobis.
Sancte Philíppe, ora pro nobis.
Sancte Bartholomæe, ora pro nobis.
Sancte Matthæe, ora pro nobis.
Sancte Simon, ora pro nobis.

Sancte Thadæe, ora pro nobis.
Sancte Mathía, ora pro nobis.
Sancte Bárnaba, ora pro nobis.
Sancte Luca, ora pro nobis.
Sancte Marce, ora pro nobis.
Omnes sancti Apóstoli & Euangelístæ Dei, oráte pro nobis.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte pro nobis.
Omnes sancti Innocéntes, oráte pro nobis.
Sancte Stéphane, ora pro nobis.
Sancte Laurénti, ora pro nobis.
Sancte Vincénti, ora pro nobis.
Sancti Fabiáne & Sebastiáne, oráte pro nobis.
Sancti Ioánnes & Paule, oráte pro nobis.
Sancti Cosma & Damiáne, oráte pro nobis.
Sancti Geruási & Protháfi, oráte pro nobis.
Sancte Dionysi cum sócijs tuis, ora pro nobis.
Sancte Géreon cum sócijs tuis, ora pro nobis.
Sancte Quintíne, ora pro nobis.
Sancte Thoma, ora pro nobis.
Omnes sancti Mártyres, oráte pro nobis.
Sancte Siluéster, ora pro nobis.
Sancte Gregóri, ora pro nobis.
Sancte Ambrósi, ora pro nobis.
Sancte Augustíne, ij. ora pro nobis.
Sancte Hierónyme, ora pro nobis.
Sancte Pater Norbérte, ij. ora pro nobis.
Sancte Martíne, ora pro nobis.
Sancte Nicoláe, ora pro nobis.

Sancte

Sancte Remígi, ora pro nobis.
Omnes ſancti Pontífices & Confeſſóres, oráte pro nobis.
Omnes ſancti Doctóres, oráte pro nobis.
Sancte Antóni, ora pro nobis.
Sancte Benedícte, ora pro nobis.
Sancte Bernárde, ora pro nobis.
Sancte Domínice, ora pro nobis.
Sancte Francíſce, ora pro nobis.
Sancte Ludouíce, ora pro nobis.
Omnes ſancti Sacerdótes & Leuítæ, oráte pro nobis.
Omnes ſancti Mónachi & Eremitæ, oráte pro nobis.
Sancta Anna, ora pro nobis.
Sancta María Magdaléna, ora pro nobis.
Sancta Agatha, ora pro nobis.
Sancta Lúcia, ora pro nobis.
Sancta Agnes, ora pro nobis.
Sancta Cæcília, ora pro nobis.
Sancta Catharína, ora pro nobis.
Sancta Bárbara, ora pro nobis.
Sancta Vrſula cum ſodálibus tuis, oráte pro nobis.
Sancta Anaſtáſia, ora pro nobis.
Omnes ſanctæ Vírgines & Víduæ, oráte pro nobis.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, oráte pro nobis.

O



PRo-pítius eſ- to, Parce nobis



Dómine. Ab insídijs Diáboli,



& ómnium inimicórum no-ſtró-rum,



Líbera nos Dómine.

Ab omni immundítia mentis & córporis, líbera nos Dómine.

Ab imminéntibus peccatórum noſtrórum perículis, líbera nos Dómine.

Ab ira, & odio, & omni mala voluntáte, líbera nos Dómine.

A ſubitánea & improuíſa morte, líbera nos Dómine.

A damnatióne perpétua, líbera nos Dómine.

Ab omni malo, líbera nos Dómine.

Per Incarnatiónem, & Natiuitátem tuam, líbera nos Dómine.

Per Paſſiónem, & Crucem tuam, líbera nos Dómine.

Per glorióſam Reſurrectiónem, & admirábilem Aſcenſiónem tuam, líbera nos Dómine.

Per Aduéntum Spíritus ſancti Parácliti, líbera nos Dómine.

In die judicij, líbera nos Dómine.



PEc-ca- tó- res, Te ro- gámus audi nos.

Vt pacem & concórdiam nobis dones, te rogámus audi nos.

Vt Ecclésiam tuam exaltáre, & defensáre dignéris, te rogámus audi nos.

Vt domnum Apoſtólicum, & cunctum Eccleſiáſticum órdinem in ſancta Religióne conſeruáre dignéris, te rogámus audi nos.

Vt Pontífices, & Abbátes noſtros cum ómnibus illis commíſſis miſericórdia & píetas tua cuſtódiat, te rogámus audi nos.

Vt Reges & Príncipes noſtros, & cunctum pópulum Chriſtianum pretioſo ſánguine tuo redémptum conſeruáre dignéris, te rogámus audi nos.

Vt inimicos Christiáni nóminis déxtera tuæ poténtiæ comprímere dignéris, te rogámus audi nos.

Vt loca nostra, & ómnia loca Sanctórum in sancta Religióne conseruáre dignéris, te rogámus audi nos.

Vt omnes familiaritáte vel consanguinitáte nobis conjunctos custodíre dignéris, te rogámus audi nos.

Vt errantes ad viam salutis redúcas, te rogamus audi nos.

Vt infírmis sanitátem restítuas, te rogámus audi nos.

Vt cunctis fidélibus defúnctis réquiem ætérnam dones, te rogámus audi nos.

Vt fructus terræ nobis dare, & conseruáre dignéris, te rogámus audi nos.

Vt remissiónem peccatórum nostrórum nobis dones, te rogámus audi nos.

Vt grátiam sancti Spíritus córdibus nostris cleménter infúndere dignéris, te rogámus audi nos.

Vt ad vitam ætérnam nos perducére dignéris, te rogámus audi nos.

Fili Dei, te rogámus audi nos.

Fili Dei, te rogámus audi nos.

Fili Dei, te rogámus audi nos.


A- Gnus Dei, qui tollis peccáta
mun-di, Parce nobis Dómine.
A- gnus Dei qui tollis peccáta
mun-di, Miſe- rére nobis. A- gnus
Dei, qui tollis peccáta mun-di,
Dona nobis pacem. Chri-ſte




au- di nos. Chri-ſte ex- áudi nos.



Ky- rie eleiſon. Chriſte



eléiſon. Ky- rie



eléiſon.



LVx per-pé- tua lu- cé- bit



San-ctis tu- is Dó- mine,



℣. Gaudéte iuſti in Dómino, allelúia.
℟. Rectos decet collaudátio, allelúia.

Orémus.

LÆtétur Eccléſia Deus, ómnium Sanctórum tuórum confíſa ſuffrágijs: atque eórum précibus glorióſis, & deuóta permáneat, & ſecúra consíſtat. Per Chriſtum Dóminum noſtrum, &c.

Ferijs secunda, tertia, & quarta Rogationum tam ad aspersionem aquæ, quàm ad Processionem omnia vt in Litania majori, excepto quòd Feria tertia in fine Litaniarum loco Antiphonæ Lux perpétua, *dicatur* Laudem dícite Deo; *& Feria quarta, Antiphona* Sanctórum nómina, *pro vt hîc infrà.*

FERIA TERTIA ROGATIONVM

Antiphona.






Dó-minus De- us no-ſter om- ní-



potens; gau-deá- mus & exul-




témus, & demus gló- riam ei,



allelúia.

FERIA QVARTA ROGATIONVM
Antiphona.



SAnctórum nó- mi-



IN ASCENSIONE DOMINI.

Ad aſperſionem aquæ Antiphona. Vidi aquam, *vt ſuprà in die Paſchæ.*

℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

COncéde, quæſumus omnípotens Deus: Vt qui Domínicæ Aſcenſiónis ſolémnia ágimus, cæléſtibus deſidérijs accénſi, fontem vitæ ſitiámus, Ieſum Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Ad Proceſſionem Reſponſorium.




al- le- lú- ia, al- le-
lú- ia. ℣. SIgna au tem
e- os, qui cre-di- derint,
hæc ſe- quén- tur: In nó- mine meo
dæmó- nia eij- cient, linguis loquén-
tur no- uis, & ſer- pén-tes tol-


lént. Qui cre- dí- derit. Gló-
ria Pa-tri. Alle- lú- ia.
In Statione ℟.
O Mnis pulchri-tu-
do Dó- mini exal-
tá- ta eſt ſu- per
ſí- dera, ſpé- cies e-


jus in nú- bi-
bus cæ- li: Et
no- men e- jus in æ-
térnum per- manet, al-
le- lú- ia.
Ad nutum Cantoris Prior, Supprior & Senior cantant sequentem Versum.
Vers. A sum- mo cæ- lo egrés-


ſio e- jus, & oc-cúrſus
ejus vſ-que ad ſum-mum
e- jus. Et no- men.
Poſtea Cantores incipiunt Antiphonam.
O Rex
gló-riæ, Dó- mine- vir-tú-tum,
qui trium-phá- tor hó- die



Vnus ex Senioribus ad nutum Cantoris, retrò Crucem, vultu ad Conuentum conuerso cantat Antiphonam sequentem.

Antiphona.


Antiphona.



NOn vos relín-
quam ór- phanos, alle- lu- ia:
Va- do & vé- nio ad
vos, alle- lú- ia: Et gau-
dé- bit cor veſtrum, alle-
lúia.

Finita præcedenti Antiphona Cantores incipiunt sequens ℟. quo incepto ingreditur Processio Chorum, & Prælato ad faldistorium pergente, Conuentus dictum Responsorium, conuersis ad inuicem vultibus, decantat vsque ad Versum, quem Cantor imponit tribus Sacerdotibus ordine priores sequentibus, cantandum ad gradus Presbyterij, seu pulpitum Collectarum.




de- cet laus &
ho- nor Dó- mine, al-
le- lúia.
℣. Chérubim quo-que &
Sé- raphim ſan- ctus
pro-clá- mant, & om- nis cæ- li-





℣. Aſcéndit Deus in jubilatióne, allelúia.
℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

Orémus.

DA, quæſumus omnípotens Deus, illuc súbſequi tuórum membra fidélium, quo caput noſtrum principiúmque procéſſit Ieſus-Chriſtus. ℟. Amen.

Dominica infrà Octauas Aſcenſionis ad Proceſſionem ℟. Ite in orbem, *vt ſupra.* Pagina 219. *Pſalmus* De profúndis, *non dicitur. Ad Introitum Chori Antiphona.* O Rex glóriæ, *cum Verſu & Collecta ſicut prima die, vt ſuprà.* Pagina 223.

In Vigilia Pentecoſtes.

Omnia fiunt ſicut in Vigilia Paſchæ, vt ſuprà. Pagina 161.

IN DIE SANCTO
Pentecoſtes.

Ad aſperſionem aquæ Antiphona Vidi aquam, *vt ſuprà in die Paſchæ.* Pagina 171.

℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

COncéde quæſumus omnípotens Deus; vt qui ſolemnitátem doni Sancti Spíritus cólimus, cæléſtibus deſidérijs accenſi, fontem vitæ ſitiámus, Ieſum Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Ad Proceſſionem Reſponſorium.




me- os: Quia ómnia
co-gno-uí- ſtis, quæ ope- rátus
ſum in mé-dio ve- ſtri, al-
le- lú- ia. * Accí-
pite Spí-ritum ſan-ctum in vo-
bis Para- clé- tum: il-



le est, quem Pa- ter mit-
tet vo- bis, Alle-
lú- ia. ℣. QVo-rum re-
miséritis pec- cá- ta, remit- tún-tur
e- is; & quo-rum retinuéri-
tis, re- tén- ta



ſunt. * Accí- pi-



te. Gló- ria. Al-




le- lú- ia.


In Statione ℟.



R Eplé- ti ſunt



om- nes Spí- ritu




ſan- cto: & cæ- pé- runt




lo- qui, pro- ut Spíritus ſan-



ctus da- bat é- loqui il-




lis. * Et con-uénit mul-titú-



do di- cén- tium,



al- le- lú- ia.




℣. LOquebán- tur va- rijs lin- guis






Verſu cum repetitione finito, cantatur alternatim ſequens Hymnus: ad verba Te nunc Deus pijſſime, vultu precámur cernuo, *omnes ad Majeſtatem inclinant, & cantant totum Verſum ad Altare conuerſi.*

Hymnus.









Lar- gíre - dona Spíritus.



Dudum ſa- crata.


Dudum ſacráta péctora
Tua repléſti grátia:
Dimítte noſtra crímina,
Et da quiéta tempora.

Sit laus Patri cum Fílio,
Sancto ſimul Paráclito,
Nobíſque mittat Fílius,
Charíſma Sancti Spíritus. Amen.

Hymno completo Cantores inchoant Antiphonam ſequentem Hódie compléti ſunt, *& Proceſſio intrat Chorum; Prælatus cantat Verſum & Collectam, prout hîc infrà.*



H O- die com-ple- ti ſunt


di- es Pen-tecó- ſtes al- le- lúia;
hó- die Spíritus San- ctus
in i- gne diſcí- pulis appá-
ruit, & tri- buens e- is chariſ-
matum dona, mi- ſit e- os
in vni- uér-ſum mundum prædicá-



℣. Emítte Spíritum tuum, & creabúntur, allelúia.

℟. Et renouábis fáciem terræ, allelúia.

Orémus.

DEus, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti, da nobis in eodem Spíritu recta sápere, & de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum, &c.

IN FESTO SANCTISSIMÆ Trinitatis.

Ad aſperſionem aquæ, Antiphona. Aſpérges me, *cum Collecta* Præſta nobis, quæſumus, *vt ſuprà.* Pagina 1.


Ad Proceſſionem Reſponſorium.





ma- jé- ſtas, Pa-
tri Pro- lí- que Sanctó- que
flá- mini: * Qui
to- tum ſubdit ſu- is
or- bem lé-
gibus. ℣. PRæ-ſter no- bis grá-


tiam Déitas be- á- ta,
Pa- tris ac na- ti paritér-
que Spí- ritus al-
mi. * Qui to- tum. Glóri-
a Pa- tri, & Fí-
lio, & Spíri- tui

ſancto







In Introitu Chori Antiphona.










Q



indi- uí- duam Tri-nita- tem,




toto cor- de & o- re



confi- te- mur, lau- dá- mus,



at- que be- nedí- cimus, ti-



bi glṓ-ria in sæ- cula.

℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli.

℟. Et laudábilis & gloriósus, & superexaltátus in sæcula.

Orémus.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui dedíſti fámulis tuis in confeſſióne veræ fídei, ætérne Trinitátis glóriam agnóſcere, & in poténtia majeſtátis adoráre vnitátem: quæſumus, vt ejuſdem fidei firmitáte ab ómnibus ſemper muniámur aduérſis. Per Chriſtum, &c.

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

